



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

IV. De Christo Passo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

hoc Christi imaginem in diuersorio nati ex Virgine; quem & bos & asinus circumstant; virumque sculptum ad pedes nixum puelli, junctis manibus, tali cum epigrapha: *Credo in Iesum, inter animalia, ex Virgine nasciturum.*

8. Romulus, teste S. Antonino par. 1. tit. 4. c. 6. s. c. 11. 20. perfecto suo Romæ palatio, dixisse lætus fertur: *Domus hæc nostra nō corruet, nisi Virgo pepererit.* Quod quia fieri non posse credebat, perennitatem operis ipse sibi pollicebatur. At nato nocte Seruatore, de repente corruit: cuius rudera se vidisse Pet. Damianus affirmat, *epist. 4. c. 12.*

Quæ, aliaque talia Marianos, inter barbaras gentes, luculentè testantur honores: quos Christiani, sed hæretici, eoque istis peruersitate deteriores, adeo proterunt, despuunt, ac profanè contemnerant. Porro de Christo Passio qualia Hæretici?

IV. DE CHRISTO PASSO.

QVÆSTIO XL.

*Quàm honori sit Luthero Calvinistis
Christus Passus & Crucifixus?*

LUTHERANI præsertim Ubiquitarii, apud Illust. Belarum 1. 3. de Christo, c. 8. & 12. ita sentiunt, & dogmatizant: *Christus non est passus in regione Iudæorum tantum; sed Ubique: Non est mortuus; non sepultus: Nec enim Vel animus eius separari a corpore; (quod mors requirit) vel corpus sine anima potuit in terra conari; (quod per se sepultura) cum Ubique simul fuerint.* Item: *Christus in triuo mortis Verbo non fuit unitum hypostati.* Hæc duo corollaria, ait Cnoglerus, Diuz Bergensis sunt; vel, ut Sturmius eam vocat, Diana Lestice illius mammosæ, illius latrocinariis; Ubiquitatē inquam Luthericæ; quæ Reals communicationis idiomatum Divinitatis, in Humanam naturam faciæ, se prædicat assertivè.

CALVINISTÆ quid? BEZA in Colloq. Mompelga. t. *Christi Crucifixi imaginem ex animo fatemur detestari.*

AVTOR. Piô! odij quæ tanti causa, & irarum?

Pet. Viretus ibid. in Colloq. Momp. pag. 406. ita scribit: *Quia Per vaccam magis, quam per imaginem, Crucifixus ille Christus representatur.*

AVTOR. Dicta mittam, & maledicta istis infandiora: facta his immaniora constant: nec longius huc, aliusve repetenda: cum, pro dolor, domestica suppetant ætati nostræ.

I. Subannum M. D. XCIV. jussu aut certè permissu Heidelbergensis Regiminis, hominum audaciâ & impietate sacrilegâ, armatorum globus noctiuagus, per dimidiatam cis Rhenum Spirensis Episcopatus ditionem dispersus, intra vnius spatium noctis, omnes per agrum, peruetusto more Christiano, ponè vias publicas erectos Crucifixos cipposque sacros, saxeos comminuit, ligneosque deiecit, dissipavit. Non paucas paucis post dieb. strages nefarias ipse dolens gemensque contpexi. Ecce, inquam innovatam ab Palatinis tunc Iconomachiâ Copronymianam, ac Leoninam.

Verùm & euentū nunc accipe. Quicunque fabri seu lignarij, seu murarij, quique opifices, aut quoquo titulo tribules, illud in facinus operam suam collocarunt; primùm cæteri locorum Cōtribules eos honestorum integræ famæ virorum tribub. exclusos, pro infamib⁹ habuerunt: quicquid Magistratus obniteretur contrâ. Fugerunt quoque eorū confortia ciues & vicini juxtâ plerique; abstentosque mensis & commerciis esse voluerunt.

Nec

Nec diuina eam vindicta vindicta humana ac ciuilem refutauit; quin confirmauit magis. Obseruatum enim memoratur; plerisque illos infelicem mortem sortitos oppetijisse; hunc repente in extinguitum corruisse; illum ceruices precipitio fregisse; duello periisse alium; istum undis haustum; alium alio fœdæ necis mortisue dedecore ex humanis diffugisse.

II. Memorabile pariter ac horribile est, quod pene sub oculis nostris, in Episcopatu Spirensi contigisse, ex viris certis certissimum, atque publicâ Notariatûs autoritate consignatum, accepimus.

Ann. M. DC. XXI. cùm Palatinus equitatus per Spirensium Episcopatum prædabundus vagaretur; quædã Obertraudiana turma Caluinistica furia ad S. Ruperti montem excursionem facta R. D. Decanum, loci parochum quaesuit vel ad pendendum litrum, aut redimendam depopulationem. Quo minimè domi reperto, penuriam tamen repererunt. Postquam illius se Ceteris Bœchique veteris opplescent; dum vertunt viam, proximū vico Crucifixum è saxo celebrem opere vetusto ac visendo, dirutum, comminutum profanatumque dederunt. Præclaros milites ab strage tali!

Tendunt per Deidesheim, vbi cœmeterium præteruecti, & Crucifixum præaltum conspicati habent derisui: inter ceteros quidam Ioannes Gesgen, cuius Wachenheimensis exclamat: *Videte, quemadmodum pendet isti, nudus ille sacrificatorius seruus, sub lætore! Et Te tractabimus, si ut modo fecim tuum ad Ruperti. Exp. Et apud per ad quindenam. cer-*

tus ad eorum tibi. Vix dum ore blasphemus vox missa exciderat, cū ecce insolentior equus subsultans galerum capiti fessoris excutit. Ille dexteram versus dum sese inflectit, recepturus ex humo pileum, caballus idem in latus quadrupedali saltu vehementi caput heri aduersum in murum domus Georgij Wagneri tam validè illidit, vt muro cerebrum cum parte capillitij cruore rabidi inhæresceret. Neque, quod mirabile, ablui, diu abradine valebat.

Commilitones cohortis captū mente, intellectu sensuque omni destitutum, solam animam ægriè trahentem, equo transfuersum imponunt, domumque reuectum vxori liberisque reddunt semianimem: Vbi quaternas intra horas, nullo signo visus, auditus, rationis, nominisue Christiani dato, animam infelicem exhalauit.

III. Anno exeunte M. DC. XX. quando Fridericus in Bœmiæ regno tyrannidem inuasit, simul in Principe Ecclesia Pragæ, cum Caluinismi stabello suo Sculteto, iconomachiam sacrilegè exercuit. Hic quanta cum impietate præcipuum spectatissimumque templi Crucifixum derubarum, trahi, temerari, consecrarique curarum; per urbem, orbemque juxta Christianum increbuit vniuersum. Illam in ponte propositam Christi in cruce pendens imaginem euertisset armatum fariis satellitium; nō ciuū armator manus sese obiecisset. Neque nisi annauit impunè scelus: Nam anni insecuti eodem die annuo, iusto Dei vindicis iudicio memorabilis ac mirabilis apud Pragam data Cæleri Victoria sacrilegium vindicauit regnoque tyrannum exiit, ac profugauit. Qui.

Quibus è paucis ac neophitis liquet, facta dictis Calvinistarum respondere; & eos utraque iuratos Crucis & Christi crucifixi inimicos testari.

I V. Atque ista sui ipsos docuere Magistri vel Heidelbergenses; ceteros taceo. Sicnim quæras: *An imago Christi sit toleranda?*

DAVID PAREVS, anima Heidelbergi Caluinismi, Comment. in Rom. 1. respondet. *Mutant gloriam Dei, & idololatras sunt, Non noli Gentiles, qui vel homines, boues, &c. fortunam, vel harum rerum imagines pro Deo colunt: Sed etiam inter Christianos, Omnes Illi, qui imaginem Christi Crucifixi in templis ad Representandum Christum, & ad docendum rudiores de Christo, tuentur. Blaphemius Beza in Colloq. Mompelg. Fateor, Me ex animo Crucifixi imaginem detestari. Vide in mea Genealog. par. 1. quæst. 24. argumenta talium.*

AUTOR. I. Toleranda est Imago Christi, quatenus Christum repræsentat.

I. Quia, Exod. 25. *Dixit Domino ad Moysen, prius: Non facies tibi sculpsile: Et deinde tamen etiam, Facies duos Cherubin aureos, & productiles, ex utraque parte Oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, et alter in altero; Hi stabant in Tabernaculo, super Arcam foederis; & passis Arcam tegebant alis. Num par, deteriorem hinc conditionem Christi, quam Angelorum censeris?*

2. Num. 21. *Fac serpentem aneum, & pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum, viuet.* Num par, esse Christianos Rei figuratæ iniquiores, quam Figuræ fuerunt obseruantiores Iudæi? Atq; hoc hi nil obstante primo Decalogi: Nos verò etiam tantum non penè iubete Christo, Ioan. 3. SICUT Moyses exal-

tavit Serpentem in deserto: ITA exaltari oportet Filium hominis; primum in Persona ad Redemptionem semel: deinde in Imagine ad Commemorationem.

4. Iustè autem Rex Ezechias, 4. Reg. 18. Serpentem confregit eundem; sicut aureum vitulū Moyses zelo pari: Quia cessante fine serpentis erecti bono; verfoq; deinde in malum idololatriæ; debuit ille aboleri. At quo fine Christus semel crucifixus stetit; eodem nobis repræsentando, rectè ubiq; statuitur Imago Crucifixi. Cui statua dicimus: *Hanc ego non statuum; sed QVEM designat, ADORO.* Idque sanctè, sic docetur.

II. Imago Christi Honoranda est. Statua namq; Cherubinæ, vt pars præcipua Oraculi, rectè honorabatur à Iudæis cum Atca. Nam 1. Ponebantur in Sancto Sanctorum, loco honoratissimo, H. br. 9. 2. David, 2. Reg. 6. arcam mirificè honorauit: Oza tactū eius improuisum morte luente, 3. Reg. 6. 3. Philisthæi, 1. Reg. 6. captiuam detinentes; morbo flagellabantur. Bethsamitæ aspectum audaciorem morte expendebant.

Quocirca, Psal. 98. *Exaliate Dominum Deum nostrum, & adorate Scabellum pedum eius; quoniam sanctus est,* id est, ad literam, Cherubinos, super quorum alas, seu solium Majestatis suæ, Deus sedes responsa dabat Pontifici, eum consulenti: At solium Christi Crux fuit, & est. *Nos igitur gloriari oportet in Cruce D. N. Iesu Christi.*

III. Causa venerationis est. 1. Quia Imago Christi est. Rectè S. Ambr. serm. 10. in Psal. 118. *Quæ imaginum coronat Imperatoris, utique illum honorat, cuius imaginem*

genem coronauit; Et qui statum contempsit Imperatoris, Imperatori utique videtur se esse iniuriam. Quamto magis Christo?
 2. Quia Beneficia Christi nobis representat; excitatque nos ad debitam gratitudinem. Qua eadem ex causa colimus S. Biblia, festa Paschatis, Penteco. Natiuitatis &c. Plura infra *quest. 32. & sup. quest. 34.* An persona Christi sit adoranda?

QVÆSTIO XLI.

An Christus verè sit Corpore passus:
 & verane sit historia Passionis?

LUTHERANI quidem veram negare coguntur, ex eo, quod comminiscuntur, Christum non verè hominem verum natum fuisse: De quo vide supra *g. 35. f.* LUTHERVS enim bidemita; Oportet dicere, Hac Caro, hic Sanguis Christi condidit cælum & terram. Qui pe Christi Humanitas Caro non est, sed nudus & merus spiritus. Qua quod ex spiritu Natum est, spiritus est.

2. BRENTIO ibidem: Ex Maria Christus non nisi accidentalem formam sumpsit &c.

AVTOR. I. AT iste est Euthychianismus.

CALVINISTÆ pariter ex suismet ipsorum placitis, supra *quest. 35.* constringuntur ab negare verè & propriè factam esse Dominicam Incarnationem.

AVTOR. ET verò istud ab eis asseri planè necessarium accidit. Nam quemadmodum ab illis fingitur Christus Homo factus; sic & talis quoque passus fuit: Ideoque rursus, sicut iisdem intelligitur Euangelium Incarnationis; sic & illud passionis quoque accipi necesse est.

Atqui vox vnà omnium Calvinistarum est in suo Codice, dicto **ORTHODOXVS CONSENSVS**, pag. 118. & 123. *Christus VERE Incarnatus Nunquam est; sed TROPICE tantum & Figuratè. Necessariò in illo Ioannis, 1. Verbum Caro*

factum est; ad Tropum est confugiendum.

Ex hisce quidem FAMILIANI Angliæ necessariò inferunt, & euidenter euincunt istud: *Nuga videntur, qua de Christo passo & crucifixo in Euangelicis historiis narrantur. Item: Historia videntur ab hominibus inuenta & fabula.* De Adamitis istis, seu Familianis, siue de Domino amoris; (verè Nicolaitis ac Gnosticis) nos supra *quest. 31.* Innocentiam isti arrogabant sibi primogeniam, vitamque protoplastis similem Adæ ac Eux affectabant se ducere, domi nudos inuicem conuersando, veneremque miscendo promiscuam.

itorum in Anglia primarii sunt articuli tres. 1. *Christum non esse Saluatorem mundi; Sed merum hominem.*

AVTOR. AT idem docent Gentilitæ, apud Greg. de Valent. *Tom. 1. dist. 2. quest.* Et Luthero-caluinistæ supra *quest. 31.*

2. Dogma. *Hominem peccatorem, à Deo alienatum, eius gratia restitui, solà ipsius misericordià, Absque Mediò Passionis Christi.*

3. De Passiones, quæ in Euangelio narrantur, esse fabulas & nugas. &c. Lege Stoum in Elizabetha.

AVTOR. AT I Præfatio libri contra FAMILIAM AMORIS acerbè cõqueritur multos Anglicanos Ministros, jam rejectos imbibisse articulos. Quin ipsam Reginæ aulam hac infectam tabe languere.

2. Neque Anglicanos solum; sed cõfule Theod. Beza *lib. de hæresicis à civili Magistratu puniendis*: ac reperies, cum Familianis ferè consentire & consciscere CALVINISTAS ACADEMICOS; quorum facilè princeps est Castallio.

LIBERTINI quoque ab iisdem proximè absunt; certe parum dissentiunt. Nam te-

ste Caluino in Instruct. aduersus Libertinos: *Hic tam Christi passi, mortui, Crucifixi historiam Tropicè explicant: ut nil sit aliud, esse mortuum Christum, quam peccati in nobis mortem significasse: Crucifixum esse aliud nil, quam veteris hominis representasse crucifixionem.* Commemoratur ibidem inter cætera; Valencis in Belgio à Papistis Libertinorum aliquos extremo supplicio affectos, quod negarent, in cruce mortem Dominum obijisse.

AUTOR. 1. At verò ecquibus edocti Magistris ita Libertini philosophabantur? Luthero, inquam, & Caluino, ceu suprà liquet. Enimverò si Lutheranis nonnullis fas, præsertim Vbiquitariis, Domini in cælos ascensionem Figuratè interpretari: Si Caluinistis licet metaphoricè exponere Christi ad inferos descensum; cum in eadē historiā (vt benè Iosias Simlerus in vita Bullingeri aduertit) describatur Passio: quid obstat, quò minus & ipsam illam Libertini Tropicè accipere possint? Verùm apage cum Tropistis his.

2. Necessitas, Veritasque passionis Dominicæ, item & Incarnationis veræ; tum cordatè creditur; tum luculeate docetur. Nam qui, qualis natus; is talis & passus est: Atqui Verus Homo natus est cum verò corpore. Vnde S. Aug. lib. 83. qq. q. 14. tom. 4. *Si phantasma fuit Corpus Christi; fefellit Christus: & si fallit, Veritas non est.* Et sic omnia ab Euangelistis enarrata Christus fictè peregrisset: sicut Raphaël Angelus apud Tobiam.

Atqui hunc in errorem cum aliquando versi essent Discipuli, Luc. vlt. *putantes se spiritum videre*; Dominus eos ad experientiam sumendam inuitauit: *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa*

non habet, sicut me videtis habere. Cur autem conueniens fuerit, non personā, sed naturam hominis; non Hominem, sed Naturam humanam seu Humanitatem ab Christo assumi, repete ex S. Tho. 3. *quæst. 4.*

Quocirca perinde fuit necessarium pati Christum verè eodem in Corpore vero, quicum natus erat: Idque, ait D. Tho. 3. q. 46. a. 1. non vlla necessitate coactionis naturalis; Non definitionis diuinæ, vt patererur; Non ipsiusmet Christi; quippe voluntariè passi: Sed ob necessitatem triplicem aliam: 1. Nostram; qui aliter liberari nequibamus: Ideo Ioan. 3. *Oportet exaltari filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat.* 2. Ob suam meriti: aliter enim mereri gloriam exaltationis non potuit, nisi per humanitatis passionem: Luc. vlt. *Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam?* 3. Ob impletionem prophetiarum: Luc. vlt. *Neceesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis.*

*Aug lib. 13. Trin. c. 16. *Hunc modum asserimus diuinæ congruum Dignitati: Verum ostendamus, non alium possibilem Deo d. fuisse, cuius potestati equaliter cuncta subiacerent.* Ibid c. 13. *Sananda autem nostra miseria conuenientior modus alius non fuit, quam per Christi passionem.*

3. Euthychianismum esse sacrum & intestabilem, dicere: Christi carnem nō in veram esse carnem veram; sed in apparentem: ac proinde Christum simulasse, se vt hominem nasci, pati, mori. Vide in mea *Genealogia quæst. 10.* Nimirum

rum eodem prædictus reuoluitur Luthero-caluinismus hic. Contra quem Vide *Bellarmin. lib. 3. de Christo. c. 3. sub finem ferè.* Et suprâ *quæst. 35. 34. & in mea Genealog. q. 15.*

QVÆSTIO LII.

An Christus in Anima etiam tota sit passus?

TRIA in homine esse distincta voluit Autor naturæ **DEVS**: Partem vnam animæ superiorem Rationalem; At alteram inferiorem Appetitū sensitivū: Et Corporis Sensus exteriores. Docuimus autem *suprà quæst. 33. ex D. Tho. 3. quæst. 14. & 15.* sic in animæ parte Sensitiua passum fuisse Christum, ut ad Rationalem tamen dolor nil vnquam adspiravit: utpote in beatifica visione irretorto intuitu defixam, atque beatam. Hæc Fides. Perfidia quid hæretica?

1. **LUTHERANA** quidem expressè, quod sciam, nihil: Nisi quod veritatem assumptæ Humanitatis abnegare sit visa; ut *quæst. 41. reddidimus.* Ex quo euidenter consequitur: 1. Christus (iuxta Lutherocaluinistas) putatitium Corpus humanum assumptum; Ergo & Animam similiter non veram. Nam assignari nequit ratio sufficiens, cur ad Corpus non verum ve ad adsciuisset Animam. 2. Humanitatem totam assumptam; iuxta eosdem, non veram: patet ex ipsis *suprà*: ergo nec aliam quoque partem compositi veram, scilicet Animam. Iam porò: Sicut neutram partium assumptam esse Veram fingitur, ita & in neutra verè passum fuisse dici oportet; at in Corpore nec verò, nec verè passum esse **IESUM** volunt Luthero-caluinistæ: ergo pariter nec in Anima quicquam per se passum fuisse dicendum est ab istis: Esseque debet ipsis istius Articuli Symbolici: *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus*: isthic sensus; *Visus est pati, crucifigi, mori, sepeliri.*

II. Rursus è contrâ: 1. Animam Christi totam verè passam sentire videntur. Quia dicunt, *Animam descendere ad inferos, esse prorsus amara, interire, & extinguere totam*; ergo & totam potuisse pati, cogentur asserere. 2. Afferunt, ut *suprà quæst. 16.* ipsam Christi Diuinitatem fuisse passibilem atque mortalem, verèque passam ac mortuam: Quanto magis Animam

cum corpore passam extinctamque confiteri debent? Id quod utrumque auris auire, animusque refugit cogitare. Sic de Luthero-caluinistis ratio cinor.

DE CALVINISTIS vnus ad instar sit omnium **CALVINVS**, *Instit. lib. 2. c. 16. §. 10.* Non tantum corpore mortem Christus pertulit: *Nec enim erat altum quicquam, si corpore à tantum morto defunctus fuisset: maius aliquid et excellentius in pretium redemptionis datum oportuit.*

Ecquid illud tandem? Idem Harmonia in *Matth. c. 27. ANIMAM quoque oportuit ream ad Dei tribunal sisti.* At quem in finem & euentum? Idem *Instit. lib. 2. cap. 16. & 10. Diuina ultionis sueritatem sentire debuit; cum inferorum copis, & aeterna Mortis horrore, quasi consertis manibus luctari; & sic scelus nostrum suppliciumque dependere.* Ibid. §. 12. *Hoc nisi ita sit; pudenda molliities Christi fuisset; & magis meticulosus extitisset, quam plerique gregarij homines. Quid clarius?*

DAVID PAREVS, postremus Caluino-Heidelbergensis Papa, in *Explic. Catech. q. 37. Præcipua pars dolorum fuerunt Cruciatu Anima, in qua sensit iram Dei. Iterum, Passus est extremos cruciatu Anima & corporis.* 1. *Carentiam, seu priuationem Summa Felicitatis, lætitiæ, & Omnium Bonorum, quibus frui debuit.* & c. 7. *Grauisimos Anima cruciatu.* Subijcit: *Martyres alios fuisse fortiores: quia non senserunt Deum percutientem & iratum; sed reconciliatum; nec, sicut Christus, horrores mortis & INFERNI experti sunt.* Hinc *majori constantia, & animi presentia fuit Laurentius, quam Christus in suo lytro.* *Infrâ Christus corpore & Anima sensit TOTALIM Dei iram.*

GVILIEL. PERKINSVS Theologus Anglus in *explic. Symboli, voce Mortuus* sic verbosim. *Christi mors maledicta fuit, & propterea appellata mors crucis; ac comprehendit in se primam & secundam mortem.* *Prima est, separatio corporis & anima ab inuicem: secunda, est separatio corporis & Anima à Deo.* *Utraque fuit in Christo, cum vnà cum morte sen-*

eiret etiam in anima sua iram Dei, quâ digni erant homines propter peccatum. Hac ad illos eum commouebat eiulatus; Deum mi, quare me dereliquisti? Mox distinguit: Alios velle quod mortem Christus subierit primam solum: Alios quoque secundam: At hos minimum, illos minimum dicere: se tenere medium; sc. passum horrores extremos secundæ mortis; non tamen separationem à Deo.

COMMUNIS omnium CALVINISTARVM tenet, Christum Anima tota passum esse damnatorum horrores tartareos. Infrâ q. 64. 51. 52. &c. 63. & Scharpius in Cutsu theologico dist. 21. Genevæ impresso.

AUTOR. An verò potuit quicquam dici in Christi mortem blasphemum magis? Ait alicubi & confingit Antipapista Calvinus: lib. de necess. reform. Ecclesiæ: *Obrutum fuit Redemptionis beneficium in Papatu, & incognitum*: Sanè, inquam, omninò verum est hoc; sed quodam in sensu. Fateor, nesciuit (atque vtinam nesciret etiamnum!) ante Calvinum mundus hocce tales Calvinianos Animæ Christi cruciatus, quibus solis sumus redempti.

2. Verùm, vos ego appello Caluini affeclas: tenetis mordicus & peruicaciter vestrum illud Axioma: *Nihil in partem Fidei acceptandum est, nisi in Verbo Scripto fuerit expresse literis consignatum*: dicite agite; eccubi vsquam in sacra pagina vel apex inuenitur, de istiusmodi Animæ Dominicæ dis cruciatu, aliter, quam nos suprâ docuimus in q. 33?

2. Deinde, prædicant ac scribunt S. Apostoli, vt I. Pet. I. *Redempti estis & liberati per Sanguinem quasi immaculati Agni*: Apoc. I. *Lauit nos à peccatis nostris in Sanguine suo*. Et ipsi nos, Apoc. 22. *Lauamus stolas & vestimenta nostra Sanguine ipsius*. Et ea nunc quidem etiam,

Apoc. 7. *Dealbaumus in Sanguine Agni*. Hocque amplius; Satanam, Apoc. 12. *Vicimus in Sanguine Agni*. Quocirca etiam, Col. I. *Christus nos Deo Patri reconciliavit in Corpore Carnis per mortem*. In quibus, aliisque talibus nec quò de morte vel Animæ vel Diuinitatis Dominicæ insinuatur.

3. Huc accedit; Euangelistas patheographos meras scribere, memorare, testari corporales illusiones, conspurcationes, collaphisationes, mutationes vestimentorum, flagella, spinas, clauos, fel, & acetum: &c. Animæ verò cruciatus illos, quos fingitis, sine quibus nihil actū fuisset, nusquam; nec in marginibus quidem etiam vestræ editionis Bibliorum.

4. Quid multa? Prædixit Christus, quæ erat perpeffurus, Luc. 18. *Ecce, inquit, ascendimus Ierosolymam, & tradetur Filius Hominis gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint eum, occident eum*: Ipsi vestri Animæ Dominicæ cruciatus, ista damnati & perditæ hominis supplicia, vbi hic sunt? Nusquam comparent; nisi eis, quibus oculi sunt Calviniani. Consule D. Tho. 3 q. 40. a. 7. 8.

QVÆSTIO XLIII.

An Christi quoque Diuinitas passâ fuerit?

LUTHERANI suprâ quæst. 16. talia: *Christus passus & mortuus est secundum non humanam tantum, sed Diuinam quoque naturam*. Pertinet enim Mori & re & nomine ad Diuinitatem. Et si sola Humana natura Christi sit passâ, Christus ille vixit, nec magni pretij Saluator est; Quin ipse eget Saluatore alio. Idem Lutherus To. 2. Witt. fol. 188. & in Colloq. mensal. fol. 97. 98. 99. *Non credo quod Omnipotens Diuinitas sit immortalis*. Idem tom 2. fol. 1. 8. Et Musculus.

2. His adde Pandoræ Bergensem, Concordiæ Formulam, in repetitione art. 9. *Simpli. iter credimus, To-*

eam Personam, DEVM & HOMINEM, post sepulturam, ad inferos descendisse. Per Totam Personam, verò duas Naturas intelligere se affirmat dicens, 3. *Christus non in cruce tantum secundum VTRAMQUE NATURAM sed post mortem exaltatus, etiam in TOTA PERSONA*, hoc est, ait LUTHERVS in Psal. 16. tom. 2. Ienensi, anni 1557. pag. 181. *Secundum Vtramque Naturam, doloris in inferno, damnatorum loco, vixit, iustitiam.* &c. 3. Similia Schmidelinus in concione habita Augustæ, & impressa Tübingæ anno 1539. Item Epinus in Psal. 16. Verba eorum recitat Iurgievicius Canon. Villen. in libro Nullus & Nemo. fol. 20.

II. DE CALVINISTIS nimio plus supra q. 16. Addere plura horret animus. Communem tamen omnium opinionem proponit Scharpius in *Curso Theolog. Genevensi* dil. 1. *Materia in qua passus fuit Persona Mediatoris, licet enim passio proprie sit humana natura; tamen ad λόγον pertinet.* Tum quia humanam naturam sustinebat: Tum quia natura humana persona eadem cum λόγῳ est.

III. AVTOR. Refutare tales quid attinet. Factum id supra est, cum ibidem; tum & alibi deinceps. Hic solum istud adiecerim pro auctario, ex *Bzouio nostro annalium anno 260. §. 12. ex Tertull. de præscript. c. ult. Et aduersus Praxeam cap. 1. & Epiphano heresi 57. SABELLIVM* Ptolomaide in Pentapoli hæresim PRAXEÆ & NOËTI Patropassionum propagasse, Trinitatem negantium & Personarum distinctionem, eaque nomina solum ad diuersos effectus Diuinitatis significandos composita esse.

Vnde in consequentiam ab eis trahebatur; vt sicut Filius, ita Pater & Spiritus Sanctus ab illis æque dicerentur incarnati & passi. Idem Noëtus Ephesius, contemtor Scripturarum, ex seipso commentus est primus; seque Moysem esse iactabat, fratrem Aaronis. Eius hæresim conlopitam postea resuscitauit Sabelius. Quocirca Luthero-caluinismus prædictus, est rediuius Noëtianismus; & Sabelianismus Patropassionum, si-

ue Theopaschitarum. Horum hæresios occasionem paulò repetemus altius.

Terræmotus, ANNO 446. incomparabilis, qualem nullæ meminerunt historiæ, Orientem, præsertim Constantinopolim, per sex ipsos menses continuus ita concussit, vt in ea sola LVII. turres corruerint, & incolæ cum Patriarcha Proclo, & Imperatore Theodosio, vrbe deserta, in campis habitarent. Hic cum assiduis precibus, litiis ac ieiuniis Deo supplicarent; è turba raptum puerum ferri sublimen ex oculis; & mox sensim referri omnes conspicabantur. Redditus is hominibus, Angelos concinuisse *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & Immortalis miserere nobis*; idque se audisse testabatur. Huius inde Trishagij religio sacra solennisque increbuit per Ecclesiã: vt quod effectus ipse probaret; tanto protinus terræ motu remittente.

Cum autem vsus canendi Trishagij latè per Ecclesiã manasset, Petrus Gnafæus ANNO 483. impio illud additamento deprauate ausus adiecit ei; *Qui passus es pro nobis.* Hinc renata serpsit Theopaschitarum hæresis primùm; dein & petrastrata vagabatur: dum magnas daret tragœdias. Præsertim ANNO 519. quando Eutychni Scythiæ monachi Imperatorem peruerterant, ipsumque, sed nequicquam Papam tentabant: vt vniuersalem facerent hæresim hanc: *Vnum de Trinitate passum.*

Cui Ferrandus, Carthagine Diaconus, illis restitit rationibus assignatis: 1. *Ne quadam separatione intercedente, alia esset Trinitas; & Alius, qui vnus esset de Trinitate passus.* 2. *Ne diuina Substantia fieri passibilis videatur.* 3. *Ne dicentibus;*

L 3. Vni

*Vnus de Trinitate passus, inquisitor acer-
rimus dicat: Quis Vnus? Et respondenti-
bus, Filius, dicat iterum: Ergo si vnus est
Filius de Trinitate, vel, Vnus est Trinitatis;
filiorum est Trinitas, aut, Trinitatis est Fi-
lius. Respondentibus, Deus, dicat: Quo-
modo est quispiam Vnus Deus de Trinitate;
cum non sit Vnus Deus, nisi Trinitas? 4.
Quia in Conc. Chalced. dictum: Tris-
bagion ita corruptum dicitur esse quasi panis
veneno imbutus.*

Sic confutati sunt & confusi Theo-
pascitæ: contra quos vide *D. Tho. 3. q.
46, art. 12.* Ad quorum gregem scabio-
sum nostrates quoque Luthero-calvini-
stæ sunt aggregandi, in priscis illis con-
demnatissimi. Porrò alia Nouatorum
carcinomata tangamus; sed manu mol-
liore.

Q V Æ S T I O LIV.

*Num qui defectus Anima Dominica
in Passione Christi interue-
nerint?*

Hic repete, Lector, superiora Zyti-
mata: vt, 14. An Deus in Christo
fuerit Omnipotens? 15. An iustus? 17.
Bonus, an peccator? 28. An Christus i-
gnorax fuerit? 30. An ab anima defectu-
osus? 31. An verè Deus? 32. An in qui-
busdam culpabiliter defectuosus? Qui-
bus rite memori cum animo repetitis,
opportunè adieceris huc subiecta; pla-
niusque sacrilegam impietatem perspe-
xeris Calvinianam: cum hac enim sola
penè, potissimum certè, hac in re & cau-
sa Christi passi, negotium nobis interce-
dit. Serpentinum igitur caput si retexe-
ro conditum; hoc ipso mecum censebi-
tis refutatum, atque contritum.

Ad duo autem potissimum capita
Calvinianas de Christo Patiente blas-
phemias reuocabo: ad Defectus animi,
& Peccata Animæ Christi.

DE DEFECTIBVS ANIMI in Christo
Patiente. CALVINVS in Ioann. 12. *Christus
animi mollitie mortem, quam celestis ei decreti
imposuerat necessitas, refugit.* Idem in Matth.
c. 26. v. 39. *Aeternum Patris consilium rescin-
di postulauit: quantum in se fuit, Mediatoris sibi
in unum deo diuinitus munere defungi renuit & de-
tractauit.*

2. Et in his omnibus non contentus, ad
prauas mentis cogitationes in vocem, votù-
que abruptum concepta animi elisit. Nam
Ego, ait ibid. *abruptum hoc fuisse votum fateor;
non querimoniam.* Et infra: *Metu percussus,
& anxietate constrictus fuit, vt necesse foret, in-
ter violentos tentationum fluctus alternis votis
quasi vacillare.* Hac ratio est, cur mortem de-
precatu, mox sibi Frenum iniiciat, Patrique
imperio subiciens, votum illud subito elapsum
Castiget a Renocet. Non fuit igitur Christi hac
meditata oratio; sed vis & impetus doloris subit-
am ei vocem extorsit; cui statim addita fuit
correctio: Eadem vehementia presentem cele-
stis Decreti Memoriam illi abstulit. Ibidem:
*In primo voto apparet placida illa moderatio,
quam dixi: quia Mediatoris officio defungi re-
nuit.* Ita ille Archilogus de Christo.

Hanc verò finitam questionem vt lectori
probabilem efficiat; ad infinitam centuit
transferendam. Sic igitur CALVINVS idem
Instit. lib. 2. c. 8. §. 58. & 59. *Sunt enim vel
primi Motus, (vt nihil de dictis factis que di-
camus) directò ultimi mandati preuaricatio-
nes. Transgressores constituiuntur Legis, quibus
semper incumbit Dei maledictio, simul ac deside-
rium nos aliquod pupugit.* 2. Pet. MARTYR
in Rom. c. 7. Comment. eidem suffragatur
alacriter.

3. BUCERVS in Colloq. Ratisbon. pag.
622. ait: *Mortis iudicio ne leuissima quidem cu-
piditates eximuntur: Aeterna à lege condem-
namur*

namur, si vel ad contrarium afficimur; aut eius lenissima cupiditate titillamur.

4. BEZA in 1. Ioan. c. 5. v. 16. suum & ipse calculum adiecit libenter. *Minimi mali qualiscunque cogitatio millies aeternam mortem promeretur.* Subsume: Quantum igitur Christi hic peccatum?

5. Postquam verò CALVINUS in *Matth. c. 26. v. 39.* abruptum Christi votum affirmasset; mox ibidem docet, fidellum preces nro semper æquabile temperamentum servare; sed implicitas atque perplexas secum aliquando configere.

AVTOR. Verum enim verò ista, *inconsiderata Desideria, abrupta vota, Vacillationes, Alternationes, subita, immeditata orationes, doloris impetus.* &c. ista inquam, dignitate Christi prorsum indignissima sunt, caduntque in peccatores solos, originali veterno depravatos de quibus nos *suprà quest. 33.*

I. Age, nonne Isa. 53. *passus est, quia voluit?* Qui igitur liberè mortem adiit, liberè mortis horrorem oculis obuerfari voluit; Idem liberè quoque ac meditatè dixit: *Pater mi, si poss. est, trans. &c.* Hocque dicendo minimè celavit naturalia pathemata Sensitui Appetitus, sensuumque exteriorum; interim ab ijs immuni stante Ratione, atque beata.

II. Ergo voluntate prius Naturali abhorrebat naturaliter à morte, vt Verus Homo: *si possibile transeat.* At voluntate Deliberata eam libens subibat: *Non sicut ego naturaliter volo, sed sicut tu vis, & ego tecum iuxrà deliberatè.* Ita Christus liberè tristabatur, naturaliter quidè horrescendo, at deliberatè adeundo. Sic quemque pium decet; docetque S. August. lib. 10. Confess. c. 23. *Iubes nos, Domine, ea tolerare; non iubes amare. Ne-*

mo, quod tolerat, amat: Et; Tolerare amat. Sic, sic duas inter voluntates illas Domino placuit fluctuare, vt vero homini ac passibili; sic Mediatoris officio defugì; *naturaliter, super sedendo; deliberatè, exequendo.*

III. CALVINUS ipse hanc persensit doctrinam nostram, planeque confitetur: *Cùm dictum fuerit, rectè compositos fuisse omnes Christi Affectus,* (sic enim ad *Matth. c. 6* dixerat) *Christus communem nobiscum habuit Sensum; non autem Appetitus in compositos.* Idem in *Matth. c. 26. v. 37.* *Christum mansisse, ait, compositum ad veram temperantia regulam.* Quo igitur modo nunc seipsam corrigit? Respondet: *Sic affectum suum subigit in obsequium Dei, quasi modum exceßerit.* Certè in primo voto non apparet placida illa moderatio. &c. Et tantò grauius Dominum accusat. Nec Apostata Iulianus tantum ausus in Christum fuit.

IV. QUÆRO: Si quæ in sit Christo inconsideratio; quæ vera isthæc talia? *Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Ego non veni, vt faciam vol. meam; sed, &c. Ego sum Pastor bonus, B. P. animam suam p. p. o. s. Propterea diligit me Pater, quia ego pono animam meam. Ego, quæ coram illo placita sunt, facio semper.* Hæc non sunt detrectantis officium Mediatoris.

RESPONDEO, ait Calvinus ibidem. *In eo nihil fuisse vitij, quod obiecto mortis terrore, simul oblata est caligo, vt altis omnibus omis- sis ad votum illud profiliret.*

AVTOR. AT adeò nihil hic excusat Dominum, vt etiam infanda duo affingat eidem: *Timorem mortis, & Caliginem.* Nihil improuisum Christo, nouum ac repentinum nihil, præcognita omnia, præter experientialem notitiã.

Quò

Quò detestabilior illa vox Caluini est: Vehementia doctoris presentem celestis decreti memoriam illi abstulit; ut non reputaret in ipso momento se hac lege missum esse humani generis Redemptorem.

V. Pugnancia loquitur Calvinus, Deo memoriam ipsi auferente. Nam in Matt. 26. obiectum et ortis timorē abstulisse mentem Christo loquitur ac memoriam officij: At in Luc. c. 22. v. 42. acerrimè contendit; Christum intēssimè de metu & horrore diuinæ maledictionis cogitasse, ac deprecatum fuisse.

VI. Desperat causam Calvinus de nique ipse dicens in Matt. c. 26.

Neque hic subtiliter disputare necesse est, An illi obrepere potuerit salutis nostræ obliuio. Quis hoc unum sufficere nobis debet; cum in mortis deprecationem erumperet, de aliis non cogitasse, quæ viam clausissent, scilicet deprecationi mortis. Ergo obrepit obliuio.

Ideo sibi obiicit ipse, quæsito scilicet, effugio: Si quis excipiat; Primum motum, (quem frenari, antequam longius excurreret, oportuit) non fuisse temperatum, ut decebat. Respondeo, inquit, non posse in hac natura nostra corruptione perspicere Affectuum feruorem cum temperie, qualis in Christo fuit. Sed hunc dandum esse honorem Filio Dei; nec eum estimemus in nobis.

AUTOR. AT tecum ipse pugnas, Caluine. Negas, intelligi Perspicere posse affectuum feruorem cum temperie. Quomodo igitur affirmas, quod non intelligis ipse? Ecquæ culpas Christum in eo, quod non perspicis? Quomodo sententiam hanc Euangelistæ exponis, quam perspicere nequis? Cæcus, duxque cæcorum es: ut versus in sentum reprobum re reprobis.

MANET itaque, IESVM I. Nec inconsideratum prorupisse votum (sic enim

Sapiens non fuisset.) 2. Nec correctione dignum aliquid dixisse: (sic enim peccasset.) 3. Nec preces non meditatas obtulisse Deo: (sic enim temerarius foret.) 4. Nec vocem vi doloris extortam profudisse: (sic enim appetitui suo dominari nequiuisset.) 5. Nec placida unquam moderatione caruisse: (sic enim passionibus vitiosis, quæ rationem anteuertunt, obnoxius egisset.) Hactenus de imposta Christo obliuione sui ac inconsiderantia: (de Ignorantiâ supra.) Porro de Peccatis eidem affectis dilquirendū est.

QVÆSTIO XLV.

An Christus Passurus de salute sua Dubitauit, uel sibi Timuerit?

CALVINISTÆ, in horto dubitasse; in Cruce Dominum desperasse, blasphemant. Ideo

CALVINVS in Galat. c. 3. ita septicè: Christus uerè reus Maledictionis aeternæ peccator fuit. Idem in I. Cor. c. 5. Quomodo sumus iusti coram Deo? Certè, ut Christus PECCATOR Iustus fuit.

AUTOR. Ita uniuersim iste Rhadamantus. At ordine nos; ac primum de hortensi Peccato? dein, de Cruciaro, quæst 46.

DE HORTENSI DELICTO Domini. Caput pauere, & cadere, & miculus esse. Quia locus hic Arianis fauere, Christi que derogare Diuinitati uidebatur, simul & Charitati, pro nobis liberandis patendi mortem, qualem plures adiere intrepidè martyres: Idcirco eum SS. Patres diligenter exposuerunt; tametsi aliter alij variè diuinando.

AT CALVINVS, eiusque sequaces, locum hunc; non de mortis tempor. horrore; sed de aeternæ horrore supplicioque nil exhor-

exhorruit interpretari: Ipsi huc verba reddamus noua hominis noui, seu portenti certe nulli retrò hæresiarchatum vsurpata.

1. Unde, inquit, in Mat. c. 26. v. 37. Christo moror, & anxietas & formido; nisi quia in morte cristinus aliquid & magis horribile concepit, quàm separationem animæ & corporis? Pauloque post: Non mortem horruit simpliciter, quatenus transitus est à mundo; sed quia Formidabile DEI TRIBUNAL illi erat ante oculos. Quare nihil mirum, si horribilis exitij abyssus, metu & anxietate duriter eum cruciavit. Rursum ad illa ibidem v. 38. Tristis est anima. &c. Animum Filij Dei mors per se non cruciasset; nisi cum DEI IUDICIO sensisset sibi esse negotium.

2. Deinde ad hæc: Pater si vis, &c. QUÆRITUR: Quid orando Christus fecerit? Apostolus ad Hebr. 5. dicit, exauditum fuisse à suo metu, (sic enim legi vult; non pro Reuerentia sua.) Id porro non quadraret, si mortem simpliciter timuisset Christus: Quia ab ea liberatus non fuit. Unde sequitur, Grauioris mali timore ad deprecandum mortem fuisse adactum. Nempe cum IRAM DEI sibi propositam videret, quatenus ad eius Tribunal, totius mundi peccatis oneratus se sistebat; necesse illi fuit Profundum Mortis Abyssum exhorrescere.

3. Mox diri huius horroris certum argumentum, ait, Sudorem Christi sanguineum fuisse. Si cui enim mortis timore hoc contingat, pusillo ac muliebri eum animo esse dicemus. Hæc ibi, & in Luc. 22. v. 42. Luculentius verò blasphemiam hanc, in Instit. lib. 2. cap. 16. §. 10. &c. explanat, ut quod Christi horror in horro fuerit descensus eius ad inferos exordium. Tunc enim ait, cum inferorū copiis, & æterne Mortis horrore confertis manibus luctatus, diros in Anima cruciatus Dammati ac perditū hominis pertulit: tunc pœnas omnes, à damnatis expetendas in Anima persoluit: Hoc uno excepto; Quod non poterat in illis detineri.

4. Tunc Christus orauit, non ut immunis esset à morte; sed ne absorberetur, ut Peccator: Quia formidabilem illam abyssum sentiebat, se

à DEO derelictum & alienatum esse: Omnia Irati Dei signa expertus est; Maledictionem & Iram Dei timuit. In quo timore diros & horribiles cruciatus perpeßus fuit, videns SE AD TRIBUNAL DEI REVM STARE, nostrâ causa. &c. Hoc nisi ita sit, Pudenda molities Christi fuisset; & magis meticulosus extitisset, quam plerique gregarij homines. ibidem §. 12.

II. Cæterum NON hic per omnia CONVENIT inter sese CALVINISTIS. 1. CALVINVS enim & BEZA pœnas has pertulisse Christum existimant Ante mortem, cum in cruce clamauit: Deus meus, Deus &c. 2. Alii apud Fulconem, in defensione Traslacionis Bibliorum, & Latimerus Anglus, etiam post mortem aiunt, eas ipsum in inferno expendisse. Quo de nos inferius disceptabimus.

III. LVTHERANI in utroque consentiunt. I. CONCORDIÆ FORMULÆ, (Pandora Bergensis illa, an Lupa?) in Repetitione art. 9. sic loquitur: Simpliciter Credimus TOTAM PERSONAM, Deum & Hominem post sepulturam ad inferos descendisse. Per totam autem Personam duas se Naturas intelligere asserit.

2. LVTHERVS in Psal. 16. Tom. 2. Tenensis, anno 1557. pag. 181. Secundum utramque Naturam dolores in inferno, damnatorum loco, verè sustinuit: Ignem infernalem expertus est: Gehenna gustauit flammam: Damnatorum pœnas pertulit. Hæc est variata & copiosè loquens phrasiologia partim Lutheri, partim Schmidelini in concione habita Augustæ, impressa Tubingæ, anno 1559. partim Æpini in Psal. 16. Sic & Melanchthon in Locis Commun. c. de Filio: Brentius Comment. in Act. cap. 2. & in lib. de Christi Maiestate, parte 2. &c. Communis igitur blasphemia hæc est Luthero-caluinistis censenda.

AUTOR. Permisceant illi hortem horrorem horrori cruciario; ego non illud egerim. Audiuius de hor-

K tenfi

tenfi; hunc quoque in præfens discutiamus: de Horrore in cruce singulatim inferius. Tria autem conspicio explicanda: 1. Quid Christus timuerit, ac deprecatus fuerit? 2. Quomodo? 3. Quare? I. OB MORTEM TEMPORALEM solam instantem Christus fuit mœstus, Patrem oravit, agonizavit. I. De Mœrore: *Tristis est anima mea usque ad mortem*, id est, ad eò, vt à morte parum absit temporaria illa, de qua prius dixerat: *Va homini illi, per quem tradetur*, scilicet ad mortem.

2. Quid deprecatus fuerit, liquet: *Transfer à me calicem istum*: de quo scilicet Petro dixit: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* Non intellexit in Calice Iram & Maledictionē Dei; Quia tunc ista, *Non mea voluntas fiat, sed tua*, significarent, voluntatem Patris fuisse, & ei se Christum conformasse, vt Iram Dei incurreret, eaque ceu peccator absorberetur, vt gehennam pateretur. Deus autem non vult mortem peccatoris. &c.

II. QVOMODO Christus mortem deprecatus est?

1. *Voluntate Naturali*, inquam; non Deliberatā: qua de nos in quæstione præcedenti, Affectus enim habuit Christus, humanos ac naturales; sed non, vt nos, inuoluntarios, aut rationem præuertētes: liberè eos in se suscepit, quantum, quando, quoties voluit: teste *Aug. tract. 49, in Ioan. & lib. 14, Cuius Dei cap. 9. Gregor. Moral. lib. 3. c. 13. Hieron. in Matth. c. 26. Sic Ioan. II. Infremuit spiritu, & turbauit se ipsum. Sic, quia voluit, cepit contristari & Mœstus esse.*

2. *Voluntate Deliberata*, quæ poenas ac

mortem cum Circumstantiis, (sc. opere obedientiæ, redemptione mundi, merito, &c.) attendit; eas prorsus alacriter optauit, acceptauit &c. Vide supra.

III. CVR MORTEM exhorruit Iesus? Corn. Iansenius affert CAUSAS quatuor. 1. Passionis generalitas; quia in omnibus, in quibus, pati homopotest, est passus. 2. Passionis qualitas, quæ est Crucifixio. 3. Complexionis nobilitas; cui dolores erant sensibiliores. 4. Doloris puritas, omni eū cōsolatione destituit. Adde: Futurorum præsciētia, & Patientis Dignitas. Vnde Heb. 12. *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem.* Item persecutorum ingratitude: *Ioan. 10. Multa bona opera operatus sum inter vos; propter quod eorum vultis me interficere?*

Timor autem maledictus ille Caluianus, in Christum nequaquam cadebat; iuxta Psal. 15. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: à dexteris est mihi, ne commouear.* Non igitur de salute sua timuit sibi Christus, minus dubitauit: de quo nunc satis; inferius pluscula. Porro de desperatione.

QVÆSTIO XLVI.

An salutem suam funditus desperarit IESVS?

LUTHERO-CALVINISTÆ pertinaciter affirmant.

LUTHERVS in Colloq. mensal. fol. 102. b. *In agonia sua nesciuit Christus an pater suus cœlestus Deus esset, an diabolus; Hac tentatio expressit es sudorem sanguinum.* Nicolaus Gallus, apud Andream in Fidei Luthero. cap. 4. *Christus non solum sub Pontio, sed etiam sub diabolo & matre eius in inferno pati debuit.*

LUTHERANI quædam, vt Melanchthon in *Locis Commun. c. 2. de Fide*; bis dicit, *Christum luciatum grauissimè cum tentatione de sui abiectione.*

BRENTIVS in Actos. c. 2. ait dilectè: *Christum dolere.*

torum inferni passum. Idem lib. de Maest. Christi, part. 2. nihil ferè docet aliud, quam Inferos non esse locum aliquem certum; sed Statum damnatorum. Immo addit: Vbi que esse inferos, ubi sunt impij qui tentantur de aeterna sua damnatione. Sed & in aliis capitibus idem Calvinizant.

CAVLINVS lib. 2. Instit. cap. 16. §. 12. conqueritur quidem: *Hic Nebulones quidam, licet indocti; malitiâ tamen magis, quam inscitiâ impulsî, clamitant; Me atrocem facere Christo iniuriam: Quia minimè consentaneum fuerit, Eum de Anima salute timere. &c.*

AUTOR. Audiamus igitur pronüciata ipsius verbis totidem; & de iniuria, sc. liquebit.

I. Sicille Goliath: in Matth. c. 27. vers. 57.

In morte Christi Desperatione plenum occurrit spectaculum. Idem in Ioan. c. 14. vers. 1. In morte Christi nihil est, quam extrema Desperationis materia.

2. Adhuc ne quereris de nebulonü iniuria? An non ipse tibi nequam es Caluine? Ipse dixisti, in epist. ad Gal. c. 3. *Christus verè peccator fuit, qui promeruit aeternam maledictionem.*

Nimium hoc, quam horribile; sed blasphemum; sed Calvinisticum.

3. Perge negare Cayn Caluine, trucidator Christi. Tu dixisti, Instit. lib. 2. c. 16. §. 10.

Christus diros in Anima cruciatus Damna-ri & Proditî hominis pertulit.

Si pertulit pœnam; quæro, ob culpâ, an per innocentiam? Profectò illud quidem justè, vt vis culpabilem: at si hoc; iniustè.

Perge conqueri, iniuriam irrogari tibi, de facta acta iniuria Christo. An non hæc iniuria est atrox, gehennæ addicere Christum? Tu addixisti.

Nam doces impiè, Instit. lib. 3. c. vlt. Et in Psychopannychia: *Nihil aliud esse damnatorum pœnas, quam terrorem & anxietatem conscientia cogitantis, Deum esse iratum sibi ac infestum.*

At de Christo scribis, *Inst. lib. 2. c. 16. §. 11. eum salutis minimè securum fuisse. Christus ergo, ais; cum lachrymis & clamore valido orâs à Metu suo exauditur: Non; vt à morte sit immans; sed vt Non Absorbeatur, vt peccator: Quod illic personam nostram gerebat.*

Ergone, inquam, idcirco Deus cū Ira Filium suum dereliquit sic, velut alium quemque deserit peccatorem? Ita quidem sentit Calvinus, cum protinus subiungit:

Et certè nullapoteest fingi magis formidabilis abyssus, quam sentire te à Deo Derelictum, & Alienatum: Et, cum inuocaueris, non exaudiri. Perinde ac si in tuam perniciem ipse conspirasset.

Atque hanc talem tribuit cogitationem Christo Calvinus: Et talis est dānatorum pœna. Fitne igitur adhuc iniuria Caluino, vt qui iniuriam inferre dicatur Christo, tanquam desperato, ac pœnas damnatorum perpeffo?

Sed vide serpentis ingenium, vt veris falsa permiscens concludat, ibidè; Tria dicit:

1. *Ita cum diaboli potestate: Verum hoc.*
2. *Cum mortis horrore: Certum & isthoc; 3. Cum inferorum doloribus; (Hoc blasphemū) manus conferendo factum est, vt referret de illis victoriam.*

3. Atque ne quisquam ambigat sentire Caluinum ac docere; quod Christus verè statum damnatorum in Orco pertulerit; tale restatur istis, Instit. lib. 2. c. 16. §. 10. *Diros in Anima cruciatus damnati ac perditî hominis pertulit.*

Clara & certa isti ista. Idem in Harm. ad Matth. 27. Deus meus. &c. *Videmus, ait, Christum sic ex omni parte vexatum fuisse, vt DESPERATIONE obrutus, ab innocendo Deo abfisteret; quod erat saluti renunciare.*

Rationem dat alibi: *Quia nos ob peccata obnoxii eramus damnationi: at nostram*

K 2 Chri-

Christus personam sustinebat: ergo pendere debita nobis omnia debebat: in quibus desperatio. Ita Instit. 2. c. 16. §. 10. *Ex propheta retulimus, fuisse propter scelera nostra à Patre percussum. Quibus significat, in locum sceleratorum, Sponsorem, Vadem, adeoque instar rei submissum, quod dependeret ac persolueret OMNES, quæ ab illis expetenda erant, pœnas. Vno hoc excepto, Quòd doloribus mortis non poterat detineri. Ibid. §. 11. Manu Dei percussus, OMNIA irati & punientis Dei signa expertus est: Ergo & Desperationem. In Catechismo paruo quærit: Quomodo fieri potest, ut Iesus Christus in tali fuerit Damnatione? Respondet: Non in ea fuit, ut in ea permaneret.*

BEZA in Matth. 27. *Iesus in inferorum gurgitem immersus eiulat.*

PERKINSVS Anglus Theol. in explic. Symboli: mitigat ista. *Cum dormit homo, tñ non separata est anima à corpore, sed velut mortua quiescit, nec animadvertitur. Sic conquiet Deitas, nec suas in Humanitate exeruit vires: Atque ita deserta videtur Humanitas: Deus mi, Deus mi: Hæ sunt verba Fidei, aut spei in Deo. Cur me deseruisti? Videntur fuisse verba dissidentia; sed non sunt: gemebat tantum ob magnitudinem supplicij. Ex quo Religionem non in sensu consistere discimus; sed in Fide. Dissimulat sui Caluini exculationem; statuitque propriam expositionem: quam tamen hodie plerique Calvinistarum tenent fere communem.*

AUTOR. I. Blasphematur Calvinus & Complices sui. I. Quia Christus non pertulit pœnam Damni, id est, privationem visionis beatificæ: ergo non OMNES pœnas luit damnatorum. Fuit etiam ante passionem contemplator Essentiæ diuinæ, id est, in statu beatitudinis: at hic est immutabilis: ergo & in passione, & post hanc persistit in illa. Non ergo desperavit vnquam. 2. Non desperavit in cruce: I. Quia Voci, *Deus*

meus. &c. subiunxit hanc: *Pater, in manus tuas.* &c. 2. Beatitudo est vita æterna, ergo amitti nequit: ecqui desperavit igitur Dominus?

3. Quia post illa, non desperantis, sed Admirantis derelictionem tantam, *Deus meus.* &c. continuò subiungitur Pl. 2. *Longe à salute mea Beatitudinis, verba Delictorum meorum, quæ scilicet in me suscepi; ob quæ, ut corpus & anima sensitiva, sic & Verba mea sunt plena doloris. Vnde I. Pet. 2. Peccata nostra ipse portauit in Corpore suo super lignum: nō in Anima Rationali.*

4. Quia Lutherani ob hæc talia Calvinianos dirè exagitant: certè permouerunt & Heshusium, apud Schlüsselburgium *Theol. Calu. lib. 1. c. 6.* ut tragicè exclamaret: *Caluinista non tantum Deum transformant in diabolum: quod sine horrore vix cogitari potest: Sed Christi Meritum ita etiam eleuant, ut digni sint, qui etiam infra inferos ablegantur.* Horribilis accusatio hæc: quæ multum quoque negotii facessit Beza, in Abstersione calumniarum Heshusii. Sed absque successu. Plura vide infra q. 48. & 49.

QVÆSTIO XLVII.

An, qui Salutem amiserat, Fidem quoque perdidit Iesus?

CALVINVS quidem, ut supra quæst. 29. adnotauimus; tria Christo tribuit quoad, Fidem. I. *Fide*, ait, ut alius homo fuisse praditus. 2. *Fidem eius restà Satanæ aggressus est: Sed Fide retinuit sibi propitium Deum.* 3. *Fidem inconcussam in tentationibus, illam in Passione conseruauit.*

AUTOR. Primum est hæreticum; merum indicans Hominem esse Christum: Alterum est falsum: nam *Obediens fuit*

fuit Patri usque ad mortem. Tertium hic qui ait; ipse negat alibi.

Verè hoc quidem; sed non benè. Verè, cum Orthodoxis; vt feci liquere supra *quæst.* 29. Nam Fide Christum vacasse, pro eiusdè Honore Diuino asserimus maiore ac gloria; Quòd ita necesse factu intelligimus.

Non benè autem negat idem Calvinus; quia ad iniuriam Christi negare conuincitur, 1. Nam, si qua Fides infusa inhæssisset Christo, ipsam fuisse eandem planè cum Christiana oportuit; cum vna solum esse vera debeat: Atqui verò de nostra Christiana sic Calvinus in *Matt.* c. 16. v. 21. ait:

Non reperit Fides nostra in Cruce, quo se sustentet vel erigat: Aded in ea nulla fuit.

Ergo, 1. *Gal.* 5. *Euacuatum est scandalum Crucis?* At infidelibus *Iudeis*, est scandalum, 1. *Cor.* 1. *Gentibus autem, & pereuntibus Hæreticis, stultitia est.* Ideò Calviniana fides nihil in cruce reperit.

2. Ecce contraria, per antitheses huc inducam, syllabatim collectas, & transcriptas ex CALVINISTIS hæc super re.

I. BEZA in *Confess. fidei Geneuenf.* c. 4. §. 20. *Vel sola Fidei Scintillas de salute securos reddit.* Similiter CALVINUS *Inst.* lib. 3. c. 2. §. 19. *Cum primum vel Minima fidei Gutta mentibus nostris instillata est; iam facili placidam certo intuitu incipimus contemplari.* Age, totum illud caput pelleges, cui licitum ac libitum.

At è contrà CALVINUS; (hic semel pro semper singulos allegabo) in *Harm.* in *Mat.* c. 26. & 27. *Inst.* lib. 2. c. 16. §. 10. 11. 12. Beza in *Matth.* ibid. & in *epist.* ad *Hebr.* 5. v. 7. *Marloratus in Psal.* 22. *Christus ita se sentiebat à Deo esse relictum, quasi in eius conspirasset perniciem: Torquebatur anxietate conscientia, ac si infensus ei esset Deus.* Vbi hic fides Christi.

II. Antithesis.

BEZA; Calu. *Fidei guttam qui habent, de sua salute securisunt.* At è contrà Calu. Beza, *Mar.* *Christus metuit, ne absorberetur, vt peccator: ne malis obrutus succumberet: Profundam mortis abyssum exhorruit.* Hic vbi fides Christi?

III. Antithesis.

CALVINUS, BEZA: *Fidei guttam qui habent, ijs per Sp. Sanctum obfignatur, & reuelatur de Dei beneuolentia certitudo.* At è contrà, ijdem, *Christus Dei consiliorum ignorantem adscribere sibi non veretur: & elapsa Desperationis voce id palam testatur.* Hic vbi fides Christi?

IV. Antithesis.

CALVINUS, BEZA: *Fidei guttam qui habent, confidenter Mortis & diabolo insultant.* (Ex fide enim Apostolus deducit audaciam) At è contrà (ijdem) *Christus inopi consilij, horrore diuina maledictionis percussus & propè attonitus fuit: in vno Dolore ita occupatus, vt nihil cogitaret aliud; Sic deiectus fuit animo, vt urgente necessitate coactus fuerit clamare desperabundus, Deus meus. &c. Non fuit utique aut theatricè, sed verè. Desperatione denique obrutus, ab innuocando Deo destitit.* Hic vbi fides Christi?

Ettamen Calvinus clamat: *Christus illam in Passione fidem conseruauit.* At è contrà, *Christus in omni vita sua ab Fide, vt debuit, vacauit.*

Q V Æ S T I O XLVIII.

An desperando salutem peccarit Iesus?

CALVINISTAS imprimis sua ipsorum scripta & commenta probant esse Antitheitas, Tritheitas, Autotheitas, Mylotheitas, Theomastygas, ac tantum non Atheos. Eos verò dicere ac facere peccatorem Deum & Christum eius, vt proprium ijs, ita & solenne est. Vide *sup.* q. 17. K 3 O B.

OBIICIT Caluino Bellarminus, *lib. 4. de Christo c. 8.* unde transsumsi sequentia. Si Christus emisit verba desperationis; certe videtur grauissimè peccasse. Quomodo autem à peccato per peccatum nos redimere potuit?

RESPONDET Caluinus: Christum emisisse verba desperationis, & timuisse de sua salute, quantum ad sensum carnis; tamen nunquam fuisse destitutum Fide & Spe in Deum: quæ illum erigebat contra tentationem desperationis. Nam etsi dixit: *ut quid dereliquisti me*, quæ sunt Verba desperationis: Tamen etiam dixit: *Deus meus, Deus meus*, quæ sunt verba Fidei, & Spei. Sed verba ecce ipsius Caluini in Matt. c. 27. *Sed DICES, absurdum videtur Christo elapsam esse desperationis vocem. SOLVTIO facilis est: Quamquam se sensus carnis exitium apprehenderet; fixam tamen stetit Fidem eius in corde.* Scilicet, ut allata docent Anthiteles. Et infra. *Quòd satis clare patet ex duobus querimoniis membrorum. Nam antequam tentationem exprimat, profatur se ad Deum confugere, tanquam Deum suum. Rursus infra: Cum desperatione luctatus est; non tamen victus.*

AVTOR. Sic verbo quidem purgat à peccato Christum; at non re vera. Unde eum dicere ac facere Iesum peccatorem, sic à Bell. constringitur.

I. Christus verè pertulit statum damnatorum, juxta Caluinum *Inst. lib. 2. c. 16. §. 10.* *Diros in e Anima cruciatus damnati ac perdit hominis pertulit.* Et ibidem. *Propheta in locum sceleratorum Sponsorem ac Vadem, adeoque instar Rei submissum, qui dependeret ac persolueret omnes, quæ ab illis expetenda erant, pœnas: Uno hoc duntaxat excepto, quòd doloribus mortis non poterat detineri. Idem excipit in Carcerismo paruo.*

AVTOR. **A**T contra: Pœna damnatorum includit essentialiter desperationem salutis; sicut felicitas, certitudi-

nem salutis nunquam amittendæ. Spes autem cum desperatione consistere nequit: Ergo Christus vel simpliciter desperauit; aut verè non pertulit damnatorum pœnas: ac proinde (iuxta Caluinum) nos non liberauit.

II. Christus emisit verba desperationis Vel deliberata voluntate: Ergo tunc verè desperauit, & peccauit: Vel non deliberatà: Ergo fuit in Christo passionū inordinatio, præuenientium rationem. **A**T hoc est contra Caluinum, qui ait, *Inst. l. 2. c. 15. §. 12.* Christi naturam fuisse perfectam, & nullam in eo passionū inordinationem.

III. Cogitari fat nequit; quomodo eadem in sententia sit pars prior deliberata Fidei; *Deus meus*: altera in deliberata desperationis, *Quare me derel.* Tamne imperfectus Christus, ut non posset ex fide pauca verba continuare? *Vis*, ait, *doloris extorsit.* Et nunquid non dolebat cum diceret, *Deus meus*? Cur ergo & ista non sunt extorta?

IV. Caluinus in *Pl. 22.* dicit ista, *Deus meus* esse correctionem horum, *Quare me derel.*

AT quis vnquam audiuit correctionem præponi errori? sequi hunc illa debet. Non igitur verba illa exciderunt in deliberatè; ideoque deliberatè Caluino desperauit Dominus, & peccauit.

V. Christus de salute desperauit Caluino *Inst. l. 2. c. 16. §. 13.*

AT eidem, *lib. 3. Inst. c. 3. §. 16.* dubitare de salute sua, est peccatum contra virtutem Fidei. Ergo Christus contra fidem peccasset.

DICIT, *Inst. l. 3. c. 2. §. 17.* in Christo non fuisse dubitationem deliberatam; sed à tentatore immixtam: Sicut fideles cum fide patiuntur tentationes.

R E-

RESPON. Dicit etiam *ibid.* §. 18. Eas dubitationes, licet non extinguant fidē, oriri tamen ex imperfectione fidei, quæ est diffidentia morbus. Ergo vel isto laboravit Christus. Hactenus euidenter ac fortiter Bellarminus.

QVÆSTIO XLIX.

An suam Calvinista de desperatione blasphemiam propugnare nitantur?

CALVINVS haud segniter tela mouetque, jactique varia: sed ficulnea. Reddam compendio.

I. *Is.* 53. *Videmus eum percussum à Deo: Ego irato.*

RESPON. I. Deus permisit eum percuti; ex charitate; non odio vel ira. *Rom.* 8. *Proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Vt Abraham, *Genes.* 22. quem amabat, Isaacum duxit immolandum. 2. Morte temporali percussus ait S. Hieron. & Patres; non æternæ damnationis, vt fingit Calvinus. 3. Figmentum Caluini est, ab irato Deo percussos pati pœnas inferni. Hic enim *multa flagella peccatorum sunt*: non tamen infernus est.

II. CALVINVS *Is.* 53. *Correctio pacis nostra super eum*: Ego luere debuit, quæ merebantur peccata nostra, scilicet gehennam.

RESPON. Tunc æternum luere deberet. At sicut Christi pœna temporalis satisfecit pro æterna nostra; sic & corporalis pœna Christi, pro nostra animarū. Itaque corporum simul & animarum Redemptor est.

III. CALVINVS. Aut infirmior fuit multis martyribus, & latronibus Christus, aut non solum timuit corporis mortem, sed & animæ periculum.

RESPON. Timorem hunc S. Patres

variè interpretantur; nullus verò ad Christi desperationem, vt Calvinus. 2. Christus timuit voluntariè, non coactus; cæteri hominum inuiti timent: Si que non timeant, fit ob inditam eis vel à Deo consolationem, vel à dæmone obstupescitionem, aut aliter: at Christ⁹, quòd *aspiciosa* esset redemptio, nec sensum suū obstupescit; & Consolationem suspendit, & mentem volens in tormenta intendit. Vnde Aug. tract. 49. in Ioann. *Non est dubitandum, eum non animi infirmitate; sed potestate turbatum.*

IV. CALVIN. Videtur Christus non potuisse in hæc, *Deus meus. &c.* prorumpere; nisi Deum, vt iratum, apprehendisset.

RESPON. Derelictionis fit mentio, non iræ. Humanitati autem subtraxit se Deus, citra culpam Christi: Vnde clamat Homo: *Quare me. &c.* q. d. causa est, non culpa, in me.

V. CALV. Actor. 2. *Quem suscitauit solus doloribus inferni. &c.* Ego.

RESPON. Græcè est *ἡ θανάτου*, id est, mortis, scil. destructæ; vt esset porro immortalis. Latinè est rectius *Inferni*. Aug. epist. 99. dupliciter exponit istud, *solutus dol. inferni*: 1. id est, irritis factis: *Quomodo solui possunt laquei venantium, ne teneant; non, quia tenuerunt.* 2. Id est, non quibus ipse, sed alii tenebantur, quos notat liberandos Iesus.

VI. CALV. *Heb.* 5. *Preces. &c.* offerens, exauditus est pro sua reuerentia: pro quo legit Calvinus, *a suo metu.*

RESP. Græcè est *ἀπὸ τῆς εὐλαβείας* & significat Reuerentialem metum, id est, pietatem, religionem: Teste ipso Beza negante significare *metum pœnæ*: Sic & Erasmus; Sic ante omnes, SS. Patres græci.

AVTOR. S. Hilarius ita contra Caluinum ait, lib. 10. de Trin. *Lazaro in Abrahamæ sinibus letante, in infernum chaos Christus timeret? Hac stulta atque ridicula sunt.*

2. *An tibi metuere infernum credendus est, dicens latroni: Hodie mecum eris in paradiso?* 3. *Dominus communionem et paradisi pollicetur; tu Christum in inferis sub pœnali torture concludis, Caluine?*

1. Conuociferetur jam Caluino suo Beza in Matt. c. 26. & 27. in Luc. c. 22. *Christus ingenti onere obrutus ira diuina; flammis inferni addictus; profundo inferni sepultus, demersusque periit.*

2. Conclamet cum Caluino, & Beza, etiam Marloratus in Pf. 22. *Christus in ops consilij, &c.* vt suprâ reddidimus. *quest. 73.*

3. Vna in re & causa desperantis, infernaque patientis Christi, duas in factiones se scindant Caluinistæ, de tempore desperationis dissidiosè discrepantes: Nam Caluinus & Beza desperationis seu damnationis gradus sibi fingunt; 1. Cœpisse eam in horto; 2. Ruisse merulam altius in cruce, ad clamorem, *Deus meus. &c.* 3. Ad vltima absorptam ruisse, quando Christus æternæ mortis reus peragebatur ante tribunal Dei, sufficiens irati Numinis iudicium omniū seuerissimum. Ita *Caluin. Instit. lib. 2. c. 16 §. 12.*

Alii, vt Latimerus; &c. apud *Fulconē in defensione translationis Bibliorum*, aiunt, etiam post mortem in pœnis inferni desperationē durasse ad vsq; resurrectionē.

At hoc, an illud dicant blasphemum, fictum & falsum vtrumque est. Nunquā scilicet à peccato purgabunt, qui Christum vltimo de peccato arguunt. Quomodo

non eum potius in sceleratissimorum hominū classē coniciunt? Enimvero talis qui est; desperatissimis pœnis qui addictus est; prorsus inanissimus ab omnibus Sp. S. donis est, destitutus omni fide, Spe, charitate, nudus ab omni virtutis præsidio vel ornamento: E contra, aduersus diuinam Maiestatem diabolicā superbiam plenus; aduersus iustitiam, blasphemiam; aduersus gloriam, invidiam, & pernicaciam in his omnibus obstinatione: hoc est; nihil diabolo melior. Adeo, vt Heshufius scribit, *Caluinista in diabolum transformant CHRISTVM.*

LUTHERANI verò consentiunt Caluinistis; vt supra docui ex Concordiæ Formula, in *reposit. artic. 9.* Exque Luthero, Schmidino, Epino &c.

Hactenus de Passio: cæterum de Mortuo Christo: præsertim. *quest. 62.*

Q V Æ S T I O L.

An, & Quid sit Descensus Christi ad inferos?

CALVINISTÆ quidam articulum hunc Symboli Apostolici permolestè ferunt. BEZA in magna fidei Confessione tam Gallica, quam Latina: GALLI Hugonotæ in Confess. anno 1560. HOLLANDI in Confessione Belgica, comprehensâ xxx. articulis; cui SYNODVS Dordracensis anno 1578. omnes Hollandiæ Ministros subscribere præcepit: &c. Hi, inquam, omnes censuerunt ita: *De Descensu ad inferos articulum extra Symboli fines penitus eicere optimum fuerit.*

Rationes huius tres afferunt. 1. BEZA in Apolog. ad Claudium Sanctenl *Quia per oscitantiam in illud irrepsisse videtur.* 2. Caluinus *Instit. lib. 2. c. 16. §. 8. Olim in Ecclesiis non fuit vsuatus.* 3. Carililet Academicus Cantabrigiensis lib. quem de hac quæstione edidit Londini anno 1582. *Quia hæresis pesti-*

Historiam continet, quocumque modo explicetur. Vbi fuscè id probare conatur.

Richardus Chanius Londini in quodam Anglorum conuenticulo se interfuisse narravit Edmundo Campiano Martyri; in quotentarunt Ministri illum de Descensu articulum è Symbolo eijcere, præscribere, penitusque extinguere. Vide in Rationib. Campiani. 8 Sed conatus caruit euentu.

LUTHERVS Tom. 2. Ienen. fol. 49 a. Quicquid Iſaias. c. 11. dicit de gloria sepulcri Christi; non credo tantisſe Deo sepulcrum Christi, quanti est vacua holuerca. Proinde. Non solum secundum animam, sed etiam corpore & anima descendit ad inferos. Tom. 6. Ienen. fol. 78. Sic & liber Concordiæ in repetit. art. Et Gallus in Catechismo. BARENTIUS de Anima negat descendisse; extinctam ait.

AUTOR. Articulorum Fidei Christianæ vnum esse, nec infimum, de Christi ad inferos descensu controuertere, nefarium est; ad cetera S. Scriptura teste, Act. 2. *Non derelinques Animam meam in inferno.* Eph. 4. *Descendit ad inferiores partes terræ.*

De Modo tamen descensus à Theologis disceptatur apud D. Thom. 3. quaestio 52.

De Articulo autem Symboli ita accipe: 1. Irenæus, lib. 1. c. 2. Origenes initio Periarchon. Tertullianus initio lib. contra Praxeam, & lib. de uelendis Virg. explicantes Symbolum, à sepultura tanseunt ad resurrectionem, omisso Descensu.

2. Deinde Rufinus in explic. Symb. legit eam particulam & explicat; Sed monet, non haberi in Symbolo Romano, nec apud Orientales: implicitè tamen contineri: Quia *ut corpus ad locum corporum, ita anima descendit ad locum animarum.*

3. Cyrillus Catech. 4. & 14. Chrysostomus hom. 2. de Symbolo, eam legunt & explicant.

4. Hodie recepta vbique est; etiam

in Lutheri, Caluini, Brentij, &c. catechismis. Caluinus, vbi supra, hunc articulum in præcipuis ponit; sic & Centuriatores, Martyr. &c.

Quare tametsi S. Aug. Symbolum quinque exposuerit, libris quatuor ad Catechumenos, nec Descensus meminerit; tamen, ait S. Anselmus lib. de process. Sp. S. summo consensu ab Ecclesia recipitur.

II. CALVINISTÆ variè Descensum interpretantur. 1. CALVINVS in Psychop. & Brentius in Catechismo anno 15, 1. *Descendit ad inferos, inquit, id est, absorptus est ab inferno: hoc est, Anima prorsus est extincta.* Quod tamen de Christi Anima haud quaquàm dictum intellectumue volunt. 2. CALVINVS Instit. lib. 3. c. 25. §. 12. *Descendit, id est, horrore conscientia iratum sibi Deum cogitantis absorptus fuit.* 3. CALVINVS Instit. lib. 2. c. 16. §. 10. 11. 12. *Descendit ad inf. id est, penas damnatorum sustinuit: Sic & Lutherus.* 4. ZWINGLIUS in epist. tertia. *Descendit ad. &c. id est, nec corpore nec anima; Sed effectu solo descendit, ut quòd captiuos in tartaro liberarit.* 5. BEZA in Act. 2 & Bucerus in Matth. c. 27. *Descendit. &c. id est, sepultus fuit.* 6. BUCERVS in Ioan. apud Schlüsselburg. in Theol. Caluin. libr. 2. art. 27. & Wittakerus contra Duræum: *Descendit. &c. id est, secundum spiritum recessit in paradysum.*

AUTOR. Nos singula prædicta singulis quæstionibus discutiemus. Interim in tanta Variatione, hæc Calvinistarum sententiarum est summa.

1. Descendisse Christum in ipsam inferni barathrum realiter post passionem. 2. Descendisse in infernum, id est, sepulcrum. 3. Solum cruciatus inferni pertulisse; orcum verò non intrasse. 4. Angustias perpeſsum in Anima sua, QUÆLES damnati perpetuuntur partim in hac, partim in altera vita. Hæc Parei; illa Perkinſi opinio est; qui & ceteras refutant. L Pri-

Primam esse dicunt falsam: Quia de eo nusquam ullus Euangelista. 2. Quia non descendit Diuinitas in orcum; erat enim, estq; ubiq;: Non Corpus; quia requieuit triduo in sepulcro; vnde & resurrexit: Neque Anima Christi descendit: 1. Quia nil de hoc Scriptura: Sed fuit in Paradiso: Iuxta id, *Hodie mecum eris in par.* Idem ait: *Pater in manus tuas commendo Sp. meum,* Luc. 23. id est, animam: secundum quam fuit in paradiso, & Non in inferno: quia Non ut in eo pateretur: Non ut Patres liberaret: quia hoc fecit patiendo in terra; fecit efficaciam suam Diuinitatis ab initio mundi, non locali descensu ad inferos: Et Patres non erant in inferno, cum *Iustorum anima in manu Dei sint, id est: in sinu Abrahae.*

Quidam statuunt descensum ad inferos post mortem; non ut pateretur, aut liberaret Patres; sed ut victoriam ostentaret, terrorem incuteret diabolis. Sed hoc nusquam in Scriptura. Et post mortem dicto, *Consummatum est,* anima Christi quieuit in manu Patris: &c. Hæc PAREVS. Demum sententiam quartam statuit suam: SVADET, 1. ex Agonia, ex clamore, *Deus meus, &c.* 2. Ratione: 1. Christus animas & corpora debuit redimere; ergo & corpore & anima pati: 2. Debuit nos ex cruciatibus inferni liberare: ergo eo ipso prius tolerare. 3. Tacerentur ij cruciatu in Symbolo, nisi in hoc de descensu articulo subintelligerentur. &c.

Hæc ferè Theologia est ac sententia Pareana, hoc est, Calviniana. Refero hæc strictim; omitto multa; refuto nulla: referuo ad singulas quæstiones singula. SVASIONES reddam, ac diluam quæst. 52.

QVÆSTIO LI.

An descendens ad inferos Christi Anima fuerit Extincta?

LUTHERANI quidam diseritè, dicunt, vt BRENTIUS in Catechismo anni 1551. *Descendere ad inferos esse penitus interire.* Idem in Actor. c. 2. Ch. istum facit ita loquentem: *Descendam in infernum: sentiam dolores inferni, & plane Periisse videbor.* Idem tametsi in Recognitione. pag. 18. de inferno sciens deliret, & cum in Catech. anni 1552. Sepulcrum esse vellet, idem tamen pag. 175. ita Christi Descensum distinguit cum Vbi quætaur, quod ipse princeps est *Christi ad inferos descensus duplex fuit.* 1. Cum adhuc corporalem in terris vitam agens, suscepit dolores inferni. Hoc autem præcipue factum est, cum in cruce clamauit, *Deus meus, &c.* Hic enim clamor significat, Christum doloribus inferni obrutum, & flammis eius accensum fuisse, 2. Cuius mortuus depositus est de cruce, & in terram ita sepultus, vt VIDERETVR PRORSVS INTERIISSE: Hoc autem est Descendere ad inferos, videri prorsus & omnino EXTINGVI.

CALVINISTÆ iuxta cum LUTHERANIS sentiunt, vel ipsam Christi Diuinitatem passam ac mortuam fuisse: Quantò minus vitæ quicquam relictum Animæ tribuerint? Vide supra quæst. 16.

ANABAPTISTÆ sentiunt, Descendere ad inferos esse interire, extingui: Et Christi animam interisse docent; Verum postea resuscitam reuixisse. Ita apud Bayum lib. 1. Inflationu religionis. c. 214. At 1. Viam id Atheismo aperit; pugnat Conciliis, & S. Patribus. *Fell. l. 4. de Christo c. 14.* 2. Democritus, teste Lactantio lib. 7. *Diuin. Insti. c. 7.* animas cum corporibus dissolui ac perire asseruit; Quem Plato reuincit de animæ Immortalitate diserens. Anabaptistæ ergo sunt Democratistæ; Eorumque affines Luthero-Calvinistæ.

CAEVIIVS in sua Psychopannychia, ab Anima Christi mortui semper viuente docet Iustorum quoque animas non dormire, id est, non extingui morte: euidenterque Anabaptistas conuincit, dicente, dormire animas, id est, extingui. Verum ita argumentatur, vt sentire cernatur, ab inferno animam absorberi, esse animam extingui. Sic enim ait: *Anima Christi vitam suam nunquam perdidit; Cur? Quæ Patri commendata, non poterat non salua esse.* Verum est. *Id volunt ista: Non dereliques animam meam in inferno.* Act. 2. *Nam anima eius diuina virtute suffulta est, ne in perditionem rueret.* Ergone quæ non sic suffulta fuerit; perit: vt reprobiana?

AUTOR. Negat quidem Calvinus sub finem libri, Animas impiorum interi-

terire, vel extingui post solutionē à corporibus: Verum tunc *Aus* non efficaciter conuincit Anabaptistas, dicens, Animam Christi ex eo immortale fuisse, quòd coniuncta Deo non sit permittenda in infernum: *Aus* certè sequitur; Animas impiorum extingui, & quod ruant in infernum.

2. Deinde, Quia dicit Animam Christi non interisse, quia diuina virtute suffulta fuit: Ergo sensit CALVINUS, quod ex se ipsa fuerit extingui bilis; sed inextingui bilis ob Dei virtutem. Cum autem Dei virtus ea, seu gratia, procul absit ab impiis animabus; necesse fuerit eas extingui, iuxta Calvinum.

3. Istud declarant producti ab eo typi. 1. Præbet argumentum immortalitatis animæ suæ, cum Ionam triduo immersum in ventre ceti, mortis suæ typum constituit. Venter ille mors est. Animam igitur saluam in morte habuit: modo scilicet quo Ionas, virtute diuina suffultam: Sine hac Ionas perisset perisset & anima Christi. 2. Item ibidem: Quid est quòd Isaac non moritur; nisi quia, quòd proprium est homini, immortale Christus præstitit, hoc est, Animam? Arias verò, animal irrationale, qui in eius locum ad mortem substituitur, corpus est. Sicut igitur Isaac erat ex natura morte delectibilis, ita Christi anima ex se, (iuxta Calvinum) dici videtur extingui bilis, nisi diuina virtute suffulta perdurasset.

4. Non absorberi Animam ab inferno, sed suffulciri à Deo, est Calvinus, Non extingui eandem: Ergo Absorberi eam, esse debet illi, extingui: Nec enim datur medium. At qui supra ex ipso læpius accepimus, Animam Christi absorptam

fuisse: Ergo & extinctam fateri cogitur: quantumcunque id contra Anabaptistas negat. Quare istud? Descendit ad inferos, erit Caluino idem quòd, extinctus interijt.

Q V Æ S T I O L I I.

An Christi Descendisse ad inferos, sit gehennam pertulisse; Sicque nos Redemisse?

LUTHERANI, ex Luthero in Psal. 16, Schmidelino, Apino, vbi supra &c. affirmant talia: Christus verò ad infernum damnatorum secundum TOTAM PERSONAM, post crucis mortem descendit; Et ibi peccatorum nostrorum in anima & corpore, pœnas luit; igne infernalem experius est, & gehennam suam degulit aut. MELANCHTHON in Locis Communis cap. de Filio, bis dicit, Christum luctatum grauissimè cum tentatione de Abiectione sui. BRENTIUS in AG. 2. Christus inferni perissum esse dolores ait. &c.

CALVINISTÆ; nominatim CALVINUS Instit. l. 2. c. 16. §. 8. 9. 10. 11. 12. Et in Catechismo patuo: In Plyphopanny. Et in Matth. c. 27. docet, dici Christum ad inferos descendisse: quia passus est dolores animarum damnatarum. 2. Hoc est nil esse, nisi anxietatem conscientia eo itantur irarum sibi Deum. 3. Christum sibi Deum insensum apprehendisse, tum propter nos, tum ob metum propria salutis amittende; indeque ineffabilem animi anxietatem perpepsim, qualem, qui scilicet aeternum sese periturum. 4. Sic in orco versari cœpisse Christum in horro. In cruce clamantem abijisse profundius: In morte profundissimè absorptum aeternæ mortis reum irato Deo. 5. Huic tali ad inferos Christi descensui totam nostram tribui Redemptionem: ut sine qua Christi mors in cruce nullus pretij extitisset. Instit. l. 2. c. 16. §. 10. Nihil actum erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus: Sed operæ simul pretium erat, ut diuina ultionis seueritatem sentiret. Et infra: Unde etiam eum oportuit cum inferorum copijs quasi consertis manibus luctari. Similia fultus in Matth. 27. Præmissa carptim ex illo perstrinxi: Verbotim liquent supra. L 2 Sum.

Summatim ergo, Christum ad inferos descendisse nihil aliud est, quam, 1. Divina ultionis sensisse severitatem: 2. In locum sceleratorum submissum fuisse instar rei: 3. Mortem pertulisse, quæ sceleratis ab irato Deo infligitur: 4. Pertulisse in anima cruciatus hominis damnati. 5. Implicitum: fuisse doloribus, quos parit maledictio & ira Dei. 6. Cum inferorum copiis fuisse luctatum. 7. Hac expositio non sancta modo est & pia, Caluino; sed plenam etiam eximia consolationis, sic, ut in qua ponat omnem vim redemptionis. Vide infra questio. 63.

SVADENT istis, 1. Ila. 53. Vidimus eum percussum à Deo: ergo irato. 2. Ila. 53. Correctio pacis nostra super eum: Ergo luere debuit pœnas damnatorum nobis debitas. 3. Matth. 26. Mœror, metus, & agonia Christi insolita insolitæ pœnæ sunt iudicia; aut Christus martyribus, maleficisque fuisset infirmior. 4. Matth. 27. Deus meus. &c. In hæc erupit, quia Deum irarum apprehendit. 5. Act. 2. Quem Deus suscitavit SOLVITIS Doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat tenere illum ab eis. 6. Heb. 5. Preces ad eum, qui possit eum saluum facere à morte, &c. offerens, exauditus est. 7. Sic Hilarius lib. 2. de Trinitate docet.

AUTOR. Duo hîc: Respondebo: & Refutabo.

I. DICO AD I. Percussit eum Pater, id est, occidi permisit non ex ira, sed gratia sui, Christi, nostri. Ut Abraham occisurus filium charissimum. Dein, ait Hieron. temporali morte, non gehennali percussus est.

AD II. Ergo æternum pati debuisset, ut damnati. At patientis Christi Dignitas & Charitas dant pretium passioni.

AD III. Nullus Patrum dicit eam tristitiam fuisse de suæ animæ salute. 2. Tristis timuit, quia sic voluit; non co-

ctus; ideò fortior erat cunctis. Hinc copiosa est redemptio.

AD IV. Clamore hoc id indicavit, Deitatem Potuisse fragilem suam Humanitatem eripuisse; sed Noluisse, ex gratiâ.

AD V. Solutis doloribus Mortis legunt græci Patres: nam Christus vicit mortem, eiusque dolores: quin & mors morti fuit, & infernum confregit, iam gloriosus, non pœnolus amplius; nam mortuus est semel corporaliter: mors infernalis non illi dominabitur. 2. Latini legunt inferni vel inferorum. q. d. solvit dolores, ne porro detineretur in eis. Sic Iren. Aug. &c. 3. Item, solvit eos, quod ipse teneri nequisset ab eis. Aug. epist. 99.

AD VI. Exauditus est ἀπὸ τῆς εὐλαβίας, id est, ait Calvinus, à metu suo. at Beza contra eum docet εὐλαβίας significare pietatem, reuerentialem timorem: vrget igitur vocem ἀπὸ, id est, ex, non propter: q. d. ex reuerentia Dei in Christum liberatus est à metu damnationis perennaturæ. At Chryl. Oecum. Theophy. aiunt, Exauditus est, quia ΜΕΡΕΒΑΤΥΡ exaudiri. Sic & Erasmus ibid.

AD VII. At laboramus in defensione S. Hilarij, quod non omnino negarit dolores Christi; & inferni dolores tribuisset Christo?

II. REFUTATIO inauditæ impietatis Calumianæ jam facta est.

I. Ab Calvinistarum ipsorummet Dissensione apud Perkinsum in explic. Symboli: & apud Schlüsselb. Partim ab Lutheranis. Quin ipsa illa sententia Caluini in ortu suo visa est Bullingero, dictaque Indignissima blasphemia: Bellarmino & Orthodoxis, Nova & inaudita impie-

2. Scripturæ, omnia, quæ pertulit Christus, singulatim referunt sparsim; de inferno per se silent: Eadem totam redemptionem nostram tribuunt obedientiæ, charitati, sanguini & morti Domini: inferni pœnis nihil. Vide in meo *Antichristo* q. 12.

3. Si inde ab agonia hortensi cœpit in orco versari IESVS; ecquî salutis securus ait Caiphæ: *modo videbitis Filium hominis venientem in nubibus cœli?* Pilato; *Regnum meum non est de hoc mundo?* Latroni: *Hodie mecum eris in.* &c. Ecquî orat pro crucifixoribus: Animam Patri commendat? Hæc non sunt desperantis; sibi metuentis, aut saluti diffidentis suæ.

4. Quomodo Ecclesia, celebrans memoriam Passionis in cruce, non celebrasset vnquam memoriam passionis infernalis?

5. SS. Patres descensum Christi describunt, non vt damnati, sed vt Victoris gloriosum.

6. Si Christus desperasset; grauissimè peccasset: Ecquî peccato nos à peccatis redemisset?

7. Falsum est Caluini fundamentum: scilicet. *Esse in inferno, aliud non esse, quam iratum timere Deum.* Nam hæresis ea est in Origine damnata; teste, S. Hier. *epist. ad Autum.* Dein sequeretur, Multos in viuis, esse simul in orco damnatos; id quod statui vitæ huius repugnat.

QUESTIO LIIF.

An Christi descensus Aëni sit autrum sepulcri?

LUTHERANIS Vbiquitariis esse infernus vbique debet, Aut nusquam,

Aut in eum non descendisse Christum.

1. Vbique, Quia vbi descendens erat Christus, ibi erat & infernus; quippe *descendit ad inferos.* Sed Christus erat vbiquis vbique: ergo & infernus pariter: &c. *Item;* Simul Christus erat in cœlo; ergo cœlum infernus erat: erat & in vêtre cœti, ac matris, iuxta eosdē: &c. Quare qui erat vbique in locis, loca eadem quoq; cum ipso, & omnino in omnibus fuisse videri possunt.

2. Quod si descendit ad inferos; certè prius apud eos non fuisse necesse est; aut infernum non extitisse vsquam; vt in quo non apparere, existens, vbique Christus potuerit.

3. Denique existenti Vbique, nihil est sursum, deorsum; rursum, prorsum; horsum aut illorsum nihil; sed vnus omnia locus: non igitur eidem esse motus vllus vsquam potest. Et tamen *descendit ad inferos* Lutheranis Christus. Quo pro descensu nobiscum eatenus sentiunt contra Caluinistas. Nisi quod Brentius dicit in Catechesi sua anni 1551. & 1552. *Descendisse Christum ad inferos, tautologia est; & idem significat, quod, Sepultum esse Christum.* Vide supra quæst. 51. Brentiū accerrimè impugnat. Beza: vt subiecta docent.

CALVINISTÆ, vt BEZA in Act. c. 2. Bucerus in Maith. c. 27. *Descendit ad inferos,* id est, aiunt, *ad sepulcrum:* eò, quod *Infernus* iis in Scripturis significet *Sepulcrum:* Volūtq; istud, *Sepultus est,* id est, *Descendit ad inferos,* explicari. 2. CALVINVS, in *Psal. 15. & Instit. lib. 2. c. 16. §. 9.* istis pleraque assentitur loca Scripturæ ita interpretari posse.

2. At diffitetur in Symbolo istud, *Descendit ad inferos,* sepulcrum notare; sed tartarū, eoque caput dissentit ab istis, licet dextra sinistraque manibus suis.

3. Inquit ibid. L. 3. cum

cum Bucero; *Fabula sunt, loca inferni dici subterranea.* 4. Asserit cum Beza, Iustorū animas ante Christi ascensum in cælo degisse, sed nec vidisse, nec visuros Deum ante extremi diem iudicij.

3. Wittakerus ita pronunciat: *Non fuerit inconueniens, Infernum interpretari Sepulcrum, in quod descenderit, id est, illarum sic Christi Cadauer.* Sic impio latinè, quàm Christianè, loqui collibuit.

4. Bullingerus ibid. in Act. 2. *Totum hoc de Desconsu nihil aliud esse videtur, quam eius expositio, quod obscurius erat dictum: Mortuus & sepultus est. Cùm enim non satis clarum videretur in Symbolo, Mort. & Sep. est: protinus, ad euidenziorē expositionem rei, adiecerunt Apostoli, Descendit ad inferna, hoc est, verè mortuus. & sepultus est.*

AUTOR. Vah, profanos Metamorphitas! iam diu Calvinus imò in tartari barathro desperatum damnatūque versauit Christum infandè; nunc in descensum Christi ipse ad sepulcrum ascendit semper Christo in contraria tendens.

1. Verùm, te appello Beza: Quid in mentem venit tibi vocem *adns* vbi que per Scripturam interpretari sepulcrum? 1. In sepulcrum igitur tibi, an ad infernū ruit è cælis tu⁹ ille Lucifer? 2. Quò minæ remittebant Capharnaum? Ita. 4. *Dixisti: in cælum conscendam, &c. veruntamen usq. ad infernum detruderis.* Luc. 8. 3. Rogant demones, ne mitteret eos IESVS in Abyssum. 4. Num sepulturis egebant spiritus? Gen. 37. *Descendam lugens ad filium meum in infernum?* A fera pessima deuoratum rebatur Iacob: non sepulcro conditum seu corpus, seu animam gnati. 5. Matt. 11. *Et tu Capharnaum usq. ad cælum exaltaberis? Usque ad infernum descendes.* Quod vrbis tantæ capax sepulcrum est?

II. Deinde Calvinum audito tuum; cui in Pnychopannychia placet, *adns* subinde quidem pro sepulcro capi; at plurimum pro damnatorum statu. Qua causa Calvin⁹ haud, vt Beza, aded id acriter vrget contra Scripturam. Increpitis igitur à Caluino, *Instit. lib. 2. cap. 16. §. 8.* & conuictus erroris Beza, sese correxit; inque sequenti librorum suorum editione emisit id expunctum. Expunxit in libro, non in cerebro vel animo.

III. BEZA se iugulat ipsū Commētar. Act. 2. Non derelinques animam. &c. dicens: *in meridiè cecutiunt, qui per infernum non intelligunt sepulcrum.* Atque idcirco istud, Luc. 16. *Et sepultus est in inferno. &c. crucior in hac flamma: vult exponi oportere figurate: Quasi in flammis, sic crucior in hoc sepulcro: Proinde Erebus, Orcus Poëtarum sunt fabellæ.*

ATQVI verò idem libro contra Brentium ait, *in meridiè cecutiunt, qui ex historia Epulonis non deducit locum inferorum damnatorum.* Ibidem defendit Bullingerum; vera inferorum loca esse subterranea docentem ex Num. 16. Ergo contra Brentium vbi quistam quod adstruit; destruit idem contra orthodoxos gallus bifaux.

VERE autem ad inferos descendisse Christam luculentè docet Bellarm. lib. 4. de Christo c. 12. 14.

QVÆSTIO LIV.

An Christus sola vi & effectu descenderit ad inferos?

ZWINGLIUS lib. epp. Epist. 1. *Descensus Christi ad inferos fortè quasi potentialiter intelligendus est, quòd scilicet mors eius etiam eos, qui apud inferos erant, redemerit.* 2. BYLLINGERI in Actor. c. 2. illa diatyposis est. In verbo, Descendendi, capiendū est *Enulle.*

naſſage; Et, quod de Perſona Chriſti dici videtur; hoc de re ipſa, id eſt, Redemptionis vi intelligatur. Quo modo non à iter ad inferos deſcendit; quam ad nos è cœlis quotidie deſcendit. ſp̄i ita nimirum & virtute.

3. CALVINVS Inſtit. lib. 2. cap. 16. §. 9. Chriſti Animam illuc deſcendere, vt mortuorum animas manumitteret, quid opus fuit? Eccen gat caſem, vt ſubſtantialem deſcenſum, adeoq̄ue Perſonalem. Libenter equidem fateor, Chriſtum ipſis illuxiſſe VIRTUTE ſui ſpiritus; vt gratiam, quam ſapè guſtauerant duntaxat, mundo tunc fuiſſe exhibitam agnoſcerent. Et inſtrà. Vim mortis inde ampliſſicat Petrus, quod ad mortuos uſque penetrarit; dum Pie anima eius viſitationis præſenti aspectu ſunt potita: Contrà, Reprobis clariùs patet, ſe excludi ab omni ſalute. Subditque: Petrus docere voluit, Communem Vtriuſque fuiſſe mortis Chriſti Senſum.

LUTHBRANI plerique quo ad talem deſcenſum, tenent contrarium.

AUTOR. Nota hîc Lector, Calvinũ, I. Fingere deſcenſum Chriſti per dolores gehennæ toleratos; patet ſuprà. 2. Negare inferos reales; patebit inſrà. 3. Locare eum ſanctorum animas in cœlo etiam ante Chriſti aduentum. 4. Negare, animas ſanctorum à Chriſto beatificatas. 5. Suam de virtuali deſcenſu ſententiam vult eſſe certiffimam.

Durandus noſter in 3. d. 22 q. 3. eandem ſuam eſſe putat probabilem; communẽ minimè reiicit. At cætera omnia Caluino contraria afferit. Iſto ſolum errat; ſentens, non eſſe creditu neceſſarium realem Chriſti deſcenſum ſecundũ eſſentiam.

Quem ideò, vt verè Durum, reiicit Bellarm. l. 4. de Chriſto c. 15. neque audiendus eſt tuendus minus: vt S. Scripturis, Symboli Apoſtolicæ articulo, (quem S. Auguſtinus Apoſt. Thomæ tribuit) Eccleſiæ Conciliis, Sanctorumque Pa-

trum contrariùs Traditioni. Vnde Cõcil. Lateran. ait: *Deſcendit in Anima; reſurrexerit in Corpore; aſcenditque pariter in vitroque*: Hypoſtaſi tamen nunquam ſeparata ſiue à Corpore in ſepulchro, ſiue ab Anima in inferno.

Effectu ſanè pluribus tunc Chriſtus in locis erat; In cœlo, Angelos lætificando; In terra, compunctionem operando apud pios: Sub terra, illuminando Sanctos in Limbo præſens: In tartaro, damnatos terrificando.

QVÆSTIO LV.

An deſcendiſſe ad inferos, ſit ſpiritu reſceſſiſſe in Paradifum?

CALVINIſTÆ hîc ſcilicet argutantur devotuli: Sed deridiculi.

BVCERVS in Ioan. apud Schluſſelburgium in Theol. Calvin. libr. 2. art. 27. Et V Vittakerus contra Duræum, alunt: *Inferni nomine Paradifus accipiendus eſt: vt deſcendiſſe Chriſtum ad inferos, ſit, ſpiritu eius, relicto Corpore, conceſſiſſe in Paradifum.*

CALVINVS. huic errori præbuit anſam, aperuitque fenestram: idque duobus: 1. Abnegando Limbum, deſcentoſque in eo Patres aduſque Liberatores. 2. Aſſerendo, patres ante Chriſtum Incarnatum in cœlis degiſſe Cœlites ſub Altari; non autem vidiffe Deum.

Iſthoc ſe aſſectis Caluini ſat probauit commentum: ideo tertium excogitarunt, locum paradifi.

Nos de Limbo poſtea; nunc de Paradifianis, deque cœli Subaltariſtis. Sed breuiſſimè, vt quibus alibi locus ſit proprius pertractandis, inſrà q. 73.

I. DE PARADISO. In hunc deſcendiſſe Chriſtum quidã Calviniſtæ fabulantur; ſed an, quid, vbinam ſit Paradifus, vt piteſ

sces muti silent. 1. Voluntne Paradisum, & quæ in eo, per allegoriam interpretari, cum Philone Iudæo *lib. 1. Allegoriarum*, cum Valentino hæresiarcha, apud *Irenæum lib. 1. c. 1.* AT iam olim damnata fuit hæc hæresis.

2. Cum igitur cum esse locum terrestrem omnes consentiant; Vbinam eum constituunt? In, aut sub terra? extra, an supra eam? In terra? Vt Iosephus *lib. 1. Antiq. c. 1.* putat orbem totum esse Paradisum. Extra terram? Nimirum in terra ea, quæ Oceanum ambire fingitur à Bar Cepha, apud *S. Ephrem.* Supra terram? Vt *Bede* placet esse proximum orbi Lunari. An in Mesopotamia? Vbi multi & graues paradisum seruari superstitem autumant, apud *Bellarminum tom. 4. l. 1. de gratia c. 12.* Quem iidem euastatū diluuiō arbitratur, similem cæteris orbis oris ac terris.

AT iuxta istarum nullam opinionū Christus descendisset ad inferos: sed migrasse dicendus foret, vel ascendisse.

3. In rem est, critque gratum audire *S. Augustinum Epist. 57. tom. 2. de hoc differenter*: Quomodo Christus sit vbiq̄ue, & non vbiq̄ue. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Hinc fortasse intelligendum dicit, paradisum quasi in aliqua cæli parte compositum: Aut quia vbiq̄ue Deus sit, Hominem quoque illum, qui in Deo sit, vbiq̄ue diffusum. 1. Agnosco, quemadmodum accipias Hominem Christum. Non vtiq̄ue, sicut quidam heretici, Verbum Dei & Carnē, hoc est, sine anima humana, ut Verbum esset Carni pro anima; vel esset anima pro mente humana, &c. Sed ita Vt Deum non crederes, nisi perfectum etiam Hominem credidisses.

2. Si ergo secundum Hominem putamus

dictum esse, Hodie mecum eris. &c. non ex his verbis in cælo existimād^o est esse Paradisus. Neque enim ipso die in cælo futurus erat Homo Christus Iesus, sed in inferno. secundum Animam. Et de Carne quidem, quod eod̄ die in sepulcro sit posita, manifestum est Euangelium: Quod verò illa Anima in infernum descenderit, Petrus prædicat, *Act. 2.* Non derelinques. &c.

3. Sed in sepulcro nemo Paradisum intelligit. Et si quisquam esset ita ABSURDVS, ut hoc sapere conaretur, eod̄ quod sepulcrum in Horto erat; certè ab ista opinione reuocaretur, quod ille, cui dictum, Hodie mecum eris, non illo die fuit cum Christo in illo sepulcro. &c.

4. Restat igitur vt in inferno intelligatur esse Paradisus, vbi erat eod̄ die futurus secundum animam Christus. Verum autem Sinum Abrahæ vel paradisi vocabulo censendum, vel ad inferos pertinere existimandus sit, non facile dixerim, &c.

Porrò si utraque regio, & vbi diues torquebatur, & vbi pauper latabatur, in inferno esse credenda est; quis audeat dicere, Dominum Iesum ad pœnales inferni partes venisse tantum; Nec fuisse apud eos, qui in Abrahæ sinu requiescunt? Vbi si fuit: ipse intelligendus est paradisus, quem latronis anima illo die dignatus est polliceri. Quæ si ita sint, generale nomen paradisi est, vbi feliciter vivitur. Abundè appositeque respōsum Calvinistis est. Huc facit *Bellarminus tom. 4. l. 1. de gratia c. 10. 11. &c.*

II. DE SVBALTARISTICIS CALVINI animabus quas ipse in *Psychopannychia*, & *BEZA lib. contra Brentium de Matæst. Christi, parte 2.* constringit à corporibus abijisse ad cæli atrium; dormire que animas sub altari, idque ad vltimum vsque iudicium; nequedum vidisse Deum: Esse tamen præditas fide

fidē & charitate, & nobiscum in iisdem conjunctionas: *Instit. lib. 4. c. 20. & 26. §. 6.* prolixè disserit CALVINVS. ET LVTHERVVS *præleſt. in Genes. teste Staphilo.*

AUTOR. I. AT primus idem inuenit & docuit Tertullianus *lib. 4. in Marcionem.* Post hunc Vigilantius, teste Hieronymo *in lib. contra Vigil.* apud Billarm. *tom. 2. l. 1. de Beatit. cor.* Idem tamen illud, Ante Christum Sanctos in cœlum receptos fuisse, est, inquit, *sententia prorsus inaudita in Ecclesia. Id quod sane deberet sufficere ad refutationem.* Porro Vide in meo *Antichristo par. 2. quæst. 34.* Et in *Genealog. par. 1. quæst. 27.* Et *infra quæst. 67. & 73.* Nunc duo me vocant, Limbus & Infernus, An sint?

QVÆSTIO LVI.

Num in quem Patrum Limbum descendit Christus?

CALVINVS *Inst. l. 2. c. 16. §. 9.* ait. *Ille de Limbo fabula, tamen magnos habens autores; nihil est tamen nisi fabula:* Addunt PVKITANI in Anglia & Scotia: *Et communis Patrum error est.*

1. CALVINVS in Ioan. c. 14. v. 3. *Factetur, Ille unius hares cœli possessionem nostro nomine adiit, ut per ipsum accessus nobis pateat.*

2. Exoritur tamen quæstio. *Qualis fuerit Patrum Veteris Testamenti conditio post mortem, antequam Christus in cœlum ascenderit? Vulgò enim colligunt, fideles animas in Limbo fuisse inclusas: quia dicit Christus suo in cœlum ascensu paratum iri locum.*

3. Respondet. *Ante reconciliationem peractam fideles animæ, velut in Specula, erant intentæ ad redemptionem promissam: Et nunc beata quiete fruuntur, usque dum compleatur redemptio.*

AUTOR. Dicit: non docet hic, nec alibi vquam; nisi quod nostra quædam

testimonia eleuet.

I. LVTHERVVS oclamat ei Comment. in Psal. 16. *Sancti in sepulcro & inferno fuerunt sine dolore.* ANGLI (Hugnotici) reclamant: qui in suis ecclesiis cantillando Limbum identidem profitentur. Vide Duræum *ad Rationem 2. Campiani.*

II. LOCVS Inferni Quadruplex est, ait S. Thom. 3. dist. 22. q. 2. a. 1. q. 2. c. *Primus* Damnatorum. In quo sunt tenebræ, cum defectu diuinæ Visionis & Gratia, ac Poena sensibili. *Alter* supra hunc; In quo sunt prædicta; sed sine Poena sensibili; estque Limbus puerorū. *Tertius*, Purgatorium: supra eum, In quo sunt tenebræ, defectu diuinæ Visionis; sed non Gratia, & multa poena sensus. *Quartus*, Limbus Patrum, supra hunc: In quo sunt tenebræ, cum defectu diuinæ Visionis; estque Gratia sine poena sensibili.

Et in hunc solum totus essentialiter Christus descendit: in alios virtualiter. Ibi, ait August. *serm. 137. Portam inferni, & vœtes confregit, & omnes iustos, qui originali peccato tenebantur, absoluit.* D. Th. 3. q. 52. a. 5. 6. Ideò Eccl. 24. *Penetrabo omnes inferiores partes terra, cum distinctione dicta; & illuminabo omnes sperantes in Domino, Patres in Limbo. Qui dictus est Sinus Abrahæ, ratione Quietis; at Limbus, ratione inferni, & ob defectū gloria.*

Quies autem ea erat ratione immunitatis à poena; sed non à Desiderio: Beati, ab utroque sunt immunes. De gloria tamen sperata mirè gaudebant; de dilatolebant: Christus soluit utrumque; per Visionem diuinæ Essentiæ euacuan-

M do

do eis Fidem ac Spem; quibus eo usque sustentabantur, uti Viatores verè sancti: solum enim Limbus Sanctorum erat, iste scilicet locorum inferni quartus: Quem, eductis S. Patribus, clausit IESVS, ut nulli sit vsui. Ista ex D. Thoma.

III. LYMBVS Quia Caluino est *Fabula*; Puritanis, *Error Communis Patrum*: *critne & S. Scriptura fabulosa vel erronea?* Nam & ipsa loquitur infernum, cum de Sanctorum receptaculo defunctorum meminit. Vt Gen. 17. Pius Iacob ait: *Descendam ad filium meum ad infernum.* Idem Gen. 42. 44. *Deducetis canos meos. &c. ad inferos.* Et hic loquendi vsus in Scriptura multus est de Sanctis pluribus: & *Inferi, Infernus.* &c. non caelos superiorum significant.

2. Similiter & iste loquendi modus frequens est: *Mortuus est Abraham, Genel. 25. congregatusque est ad populum suum.* Ibidem. *Ismahel mortuus est, & appositus est ad populum suum.* Num. 10. *Pergat Aaron ad populum suum.* Numer. 27. *Ibis, Moyses, ad populum tuum. &c.*

IV. Samuel, *Ecc. 46.* laudatur, quod mortuus prophetarum: cum nimirum, *1. Reg. 28.* apparens anima Sauli de terra ascendere visa est: *Non*, quod incantationi Pythonissae obnoxia pareret: quippe eam antequam videret, unde & Pythonissa turbabatur: *Nec*, quod phantasma esset daemonicum: ut quibusdam placet: Sed vera erat, ipsaque Samuelis anima; ut consentiunt quae plures quae saniores: Et textus indicat; *Intellexit ergo Saul quod esset Samuel*; non putauit: *Dixit Samuel ad Saul. &c.* certus.

V. Lazarus, *Luc. 16.* erat in Sinu Abrahamae; Epulo in inferno, scilicet damnato-

rum: Eadem erant in voragine; licet magno intercedente *χάριτι*, id est, inani. Et sic de compluribus sanctis, qui non in caelo, sed in inferno fuisse memorantur.

Iraque Psal. 118. *Narrauerunt mihi iniqui Calvinistae fabulationes; sed non vs lex tua.* Vide Bellarmin, l. 4. de Christo c. 11.

QVÆSTIO LVII.

*Num quis sit infernus damnatorum
Luthero-Calvinistis?*

LUTHERVS in cap. 3. Iouæ tom. 3. Ienensi. *Quid infernus sit, ante diem extremum, nondum certus sum.* Nam esse peculiarem locum aliquem, ubi nunc sint anima damnatorum, quemadmodum pingunt pictores, & ventris Manicipia docent; ID NIHIL EST, nec sententiâ

2. Christophorus Irenæus, in Speculo inferni cap. 9. distinct. 1. est quadruplicem architectatus infernum. Infernus esse quadruplex potest. 1. Mala, & peccatis onusta conscientia. 2. Imminentis mortis dolores & agonæ vitium. 3. Angustia, timor & horror, quem anima damnatorum à corporibus seipsum sentiunt. 4. Localis Abyssus, quam ventris manicipia pictura docent. Hic infernus, nostro iudicio, Nihil est: & in fine mundi demum preparabitur.

3. BRENTIVS in Recognitione pag. 15. Interea damnati in infernum nec ascendunt, nec descendunt; sed sathanicum Angelus suus, & impiis omnibus, ac Infernus ipse, sunt in Regno caelesti. Vide Sturmium in Antipapa p. 4. parte 2.

CALVINISTÆ in Catechismo Heidelbergenfi anni 1563. & 1569. Et Bucetus apud Schlüsselburgium lib. 1. art. 27. *Infernus, id est, locus improbis cruciandis destinatus, sine aliquo, nondum adhuc constat.* CALVIN, Instit. lib. 3. c. 25. §. 12. *Nihil esse videtur infernus aliud, nisi horror quidam conscientia.* Idem sensibile quondam Originem liquet in Genealog. par. 1. quest. 16. & hic superius quest. 52.

AUTOR. Tametsi locis iam citatis nimio plus in eam quaestionem contenti; ut in re nemine ignorata, vel dubitata;

tata, nisi cui cum ratione liberit insanire: istis tamen hic adjecerim pauca solum biblica, quæ illum, quem damnatorum credimus infernum, secretum ab aliis locum, propriumque existere oportere testantur.

1. Seditiosi, quibus terra dehiscere irato Deo, Num. 16. *descenderunt viuentes in infernum*: Eum scilicet locum quod antè coelo deturbati ruerant Angeli apostata.

2. Ezechiel in planctu super Pharaonem, ac Ægypti multitudinem, ait denique, cap. 32. *Detrahe eam ad terram ultimam; quam? Cum his, qui descendunt in lacum*. Ibidem de Assyriis interfectis ait; *Quorum data sunt sepulcra in nouissimis lacus*. Causa: Quia portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum. Ibidem de gigantibus sceleratis ait: *Descenderunt in infernum cum armis suis*. Quia portauerunt confusionem suam flagitiorum.

3. Huc addixit eos pro meritis, qui ait, Deut. 32. *Ignis succensus est à furor meo: hæc ira Dei Vindicis: locus ecce; & ardebit usque ad Inferni nouissima*. Sic Iob. 24. intelligit: *Usque ad inferos peccatum illius*.

4. Queritur de impiis Iob, c. 21. sed denique dum tenent tympanum &c. et ducunt in bonis dies suos; in puncto ad inferna descendunt. Sic de meretrice, Prou. 2. *At inf. ros semitæ eius inclinata sunt*.

5. Deijs affirmat Iob. 7. *Qui descendit ad inferos, non ascendit*.

6. In hoc inferno Inferiore, Pl. 85. alligauit Apoc. 9. *Regem Angelum abyssû, in puteo abyssû, is, qui habet clauim abyssû*.

7. Hic clamauit, Luc, 16. diues epulo

exstammis. Quæ, aliaque talia solum de impiis, damnatis, de damnatorum pœnis, deque receptaculo ultimo damnationis sic loquitur, vt aliter nequeant vel probabiliter interpretari, etiam ab ijs, qui vbiq; tropos & allegorias crepare assolent: ceu nouis Origenistis Caluinianis solenne est. Porro de effectu Passionis Dominicæ.

V. DE PASSI MÉRITO.

QVÆSTIO LVIII.

*An Christus natus ac Passus sibi
quid meruerit?*

LUTHERANI vt Gerlachius Tubingensis Professor Theologiæ lib. contra Ioan. Buseum, *Christus nihil quicquid, nec illi Humana, nec illi Diuina, natura, aut in cruce, aut in inferno dolorib. promeruit*. Buseo, nubem S. Patrum obijceni, respondit ille: *Licet Augustinus &c. & alii ita sentire videantur; eos tamen euenus audio & sequor, quatenus euidentibus Scripturæ rationibus sua probant. Quæ, dum Christum propter Passionem gloriæ coronatum, & caput exaltatissimum dicunt; non causam promerentem, sed euentum gloriosum significant.*

CALVINISTÆ cum CALVINO Instit. l. 2. c. 17. §. 6. *Quære, An sibi meruerit Christus, quod faciunt Lombardus & Scholastici; non minus stulta est curiositas, quam temeraria definitio, vbi hoc idem asseruerunt. Quocirca Calvin. in Mat. h. 16. v. 21. Non reperit Fides nostra in cruce, quo se sustentet. PETRVS MARTYR. Omnibus suis operibus ne calumnia quidem promeruit.*

SVADET CALVINVS istis, Instit. l. 2. c. 17. §. 6. 1. *Quid enim opus fuit descendere unicum Filium, vt sibi quicquam acquireret noui? 2. Ibid. Consilium suum exponens Deus omnem dubitationem exco. it. Non enim Fily vilitati consuluisse dicitur Pater in casu meritis; sed eum tradidisse in mortem, neque ei*

M 2 peper.